



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1869**

De Sancto Ambrosio Cadurcensi Episcopo Et Confessore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67915)

A e Patroclus, et ipse Trevis passus, colitur XXI Januarii. Ejus Acta ad illum diem leguntur (a).

f S. Lupi episcopi Trecentis et Confessoris Acta apud Nostros sub die XXIX Julii excusa sunt (b).

g Num fortassis Blécourt, qui vicus Dervensi monasterio adjacet? Mito iste volebat occupare terram, quam dein reddendo Dervensibus, sibi obnoxiam faceret titulo advocatia.

h Conventus Airiacensis anno 1020 celebratus fuit (c). Vitio typhotheta apud Mabillonium legi credo hunc locum ad diocesis Augustodunensem pertinuisse, cum sit episcopatus Autisiodorensis. Vide Commentarii prævii num. 5.

i Legendum probabilis Armuntio; l'Armançon vel l'Armançe fluvius est, qui Semurium et castrum

S. Florentini (S<sup>r</sup> Florentin) alluit, et in Icaunam (Yonne) labitur prope Autisiodorum. Vulgare habetur proverbium: Mauvaise rivière, bon poisson, d'Expilly Dictionnaire géographique de la France, article Armançon.

k Blesa (la Blaise) fluvius ad occidentem Calvimontis (Chaumont) scaturit; et post ambages duodecim leucarum in Matronam prope Vitriacum (Vitry-le-Français) illabatur.

l Summavera (Sommevoire) habet etiamnum ecclesiam suam parochialem dedicatam sub titulo Nativitatis B. Mariæ Virginis.

m Hæc verba leguntur in Antiphona ad Magnificat, in secundis vespers festi SS. Joannis et Pauli Martyrum die XXVI Junii.

(a) Acta SS., T. II Jan., p. 342. — (b) Ibid., T. VII Julii, p. 51. — (c) T. IX Conc. Labbe col. 842.

## DE SANCTO AMBROSIO

### CADURCENSI EPISCOPO ET CONFESSORE.

#### COMMENTARIUS PRÆVIUS.

##### § I. Memoria Sancti in Fastis sacris et ejus cultus.

CIRCA ANNUM  
DCCLXX.

Memoria in  
sacris Fastis:

U suardus variaque Adonis apographa Sancti Ambrosii memoriam hac die recolunt; sed inter se non conveniunt circa varia adjuncta, quæ hodiernam annuntiationem circumstant. Nam in Adonianis apographis, a Dominico Georgio extra textum Adonis puri allatis, sub die XVII kalendas Novembris, habetur (a): Apud Bituricam civitatem, natalis Sancti Ambrosii, presbyteri et confessoris: Fuldense quoque Anonymi Martyrologium, quod teste laudato Georgio (b) sæculo X conscriptum fuit, Sanctum annuntiat his verbis (c): Natalis Sancti Ambrosii presbyteri et confessoris. Insuper et Usuardus, qualem edidit Sollerius noster, habet: In territorio Bituricensi, Sancti Ambrosii confessoris; quia autem alio characterē adscribitur in Usuardo Molani: episcopi Cadurcensis, ideo tamquam additamentum habet Molanus ipse, et, qui illum sequitur, Sollerius noster. Omnes itaque hi hagiologi eo modo loquuntur, quasi Cadurcenses infulæ S. Ambrosio adscribendæ non essent: verumtamen id silentium Sancti nostri episcopatus præjudicare non debet, quippe qui diserte asserit in ejus Vita infra edenda; quæ quamvis coæva non videatur, ejus tamen est antiquitatis, ut fidem suam probare valeat circa præcipuum aliquid adjunctum vitæ. Sed præterea non omnino certa est Usuardina lectio, quam nobis exhibet Sollerius: nam ejusdem Usuardi Martyrologium Sincerum, quod tanquam ipsius auctoris autographum edidit Parisiis anno 1718 monachus Ordinis S. Benedicti Sammauriniensis, D. Bouillard, alio modo legit, scilicet: In pago Bituricensi, Sancti Ambrosii Cadurcensis episcopi. Hanc lectionem veram quidem pronuntiat Sollerius; sed alteram, ait, quæ nostra est, vere Usuardinam existimo. Non vacat nobis in merita alterius lectionum operosius inquirere; præsertim cum ipse laudatus Benedictinus fateatur annuntiationem S. Ambrosii in litura positam esse.

Aliunde, ut jam prædiximus utque enucleatius infra monstrabimus, nobis constat Sanctum nostrum Cadurcensem cathedram occupasse. Jure igitur merito Romanum Martyrologium, a Baronio concinnatum, hodie annuntiat: In territorio Bituricensi Sancti Ambrosii episcopi Cadurcensis. Parisiense quoque Martyrologium jussu Cardinalis de Noailles, et Autisiodorensis jussu Caroli de Caylus editum episcopatum Cadurcensem S. Ambrosio adscribit, dicens: Apud Bituriges, deposito Sancti Ambrosii episcopi Cadurcensis. Ita ergo Adoniana apographa, quæ Sanctum simpliciter presbyterum appellant, interpretari oportet, ut salva tamen maneat ejus episcopalis dignitas: nisi proinde interpolatorum ignorantia hunc tituli errorem assignemus, dicere necesse fuerit, ideo vocari simpliciter presbyterum, quia, deposita episcopali dignitate, ad inferiorem hunc ordinem se sponie sua redegit.

2 Quæ de Martyrologiis hactenus diximus, abunde demonstrant S. Ambrosii cultum, licet non valde extensum, firmissimis tamen niti fundamentis. Ejus memoriam colit Ecclesia Cadurcensis ritu, ut vulgo dicitur, semiduplici, juxta hodiernum Breviarium Cadurcense: olim vero ritu duplici celebrabatur S. Ambrosius, uti habemus ex Proprio Sanctorum ejusdem diocesis: utriusque legendæ apographum benigne nobiscum communicavit R. D. Layrac, secretarius diocesis Cadurcensium: ejusdem cultus antiquitatem probat Vita, Sanctorali Cadurcensi illata, quem exhibet Gulielmus de la Croix in suo libro: Series et Acta episcoporum Cadurcensium. Propter Sancti sepulturam et monasterium aut capitulum sub ejus invocatione fundatum, festum diem agit quoque diocesis Bituricensis, ritu probabiliter semiduplici: nam Kalendarium liturgicum Bituricense, quod coram habeo, est anni 1831; et proin propter concursum diei Dominicæ cum XVI Octobris, solum Sancti præscribitur memoria. In Breviario

fundata  
etiam sub  
ejus patroci-  
nio

(a) Martyrol. Adonis, Romæ 1745, p. 531. — (b) Ibid. Præf., p. xv. — (c) Ibid., p. 671.

Tomus VII Octobris, Pars posterior.

31

Bitu-

AUCTORE  
J. V. H.

*Bituricensi jussu Rolandi Habert, archiepiscopi, anno 1625 edito, cujus apographum in quodam codice partim manuscripto, partim typis excuso, et varia Officia propria diecesium Galliarum continente, in usu habemus, festum S. Ambrosii celebratur ritu duplici et sequens recitatur oratio: Concede, quæsumus, Domine, fidelibus tuis Sancti Ambrosii Confessoris tui atque pontificis digne celebrare solemniam, ut ea quæ fideliter exequuntur, et hic experiantur auxilio et æternis affectibus apprehendant. Per Christum. Canonici tamen Regulares Congregationis Gallicanæ, quorum erat S. Ambrosii ecclesia, patroni sui festum celebrabant die XVIII Octobris, ut ad nos scribit R. D. Figier canonicus et secretarius archiepiscopatus Bituricensis, litteris XXII Novembris 1840; a quo alias quoque egregias circa S. Ambrosium notitias accepimus. Argumentum etiam cultus validissimum nobis præbet cœnobium cum adjuncta ecclesia sub ejus invocatione fundatum aut potius instauratum a Gaufrido, Nobili dicto, vicecomite Bituricensi. Exstat charta hujus rei inter Instrumenta Ecclesiæ Bituricensis in Gallia Christiana (a): atque ex illa clarescit dictum Gaufridum ecclesiam S. Petri et S. Ambrosii non tam fundasse, quam eidem reddidisse quod amiserat: ita enim loquitur: Anni sunt transacti ab institutione Incarnationis Dominicæ usquequo hæc carta acta fuit, mille duodecim... Idcirco Deo omnipotenti gratias refero ego Gaufridus, vicecomes Bituricæ civitatis, qui me prospicere et videre facit salutem animæ meæ et honorem corporis mei, dum locum S. Petri et S. Ambrosii, qui in illius ecclesia requiescit, in honore et stabilitate reducere volui; ad ipsum enim locum B. Petri Apostolorum principis ex bona voluntate REDDO ego Gaufridus et uxor mea Eldeburgis et filii Gaufridus et Madalbertus et fratres meæ uxoris Odo et Ebbo pro remedio animæ patris meæ uxoris Radulfi et pro remedio animarum nostrarum omniumque parentum nostrorum, annente rege Roberto, episcopo autem Dacberto firmante, terras quæ ad ipsum locum pertinent, videlicet has.... DONO ETIAM EX MEA PROPRIETATE duas nundinas, unam scilicet in festivitate S. Petri de mense Junio et alteram in natale S. Ambrosii et unamquamque per septenos dies totidemque noctes, etc. Videntur bona, quæ Gaufridus reddit ecclesiæ illi obvenisse ex hæreditate seu dote Eldeburgis, siquidem illa restituit ex voluntate dictæ uxoris suæ fratrumque ejus, et pro remedio imprimis animæ Radulfi patris ejus: cum vero significat se aliqua reddere ex bona voluntate ecclesiæ, aliqua autem se donare ex sua proprietate, satis demonstrat dictam ecclesiam suis dotatam bonis olim exstitisse, et proinde se non tam fundatorem quam instauratorem esse. Immo vel ante obitum S. Ambrosii jam templum illic fuisse probat sepultura Sigini, Bituricensis episcopi, paulo post medium sæculum octavum defuncti, cujus epitaphii fragmentum citatur in Gallia Christiana (b):*

Hic jacet ecclesiæ pastor, fidusque maritus.  
Abscondit durius viscera cara lapis.

Biturigibus  
collegiata  
ecclesia.

3 Quam tamen S. Ambrosii ecclesiam fundavit sive instauravit Gaufridus, sæculare canonicorum capitulum fuit magis, quam regularium monasterium. Nam laudata charta permittit uniuscujusque canonici arbitrio suam præbendam, ita ut illum vel alteri canonico dare, vel relinquere possit: quæ libertas longissime abest a rigore vitæ religiosæ. En

(a) T. II Instr. col. 49. — (b) T. II col. 19. — (c) p. 34. — (d) Labbe Bibl. Mss., t. II, p. 58. — (e) Ser. episc. Cadurc.,

verba Gaufridi: Reddo autem et illis (canonicis) quicquid ad altare illius S. Petri et ad omnem illam ecclesiam venerit, sive in auro, sive in argento, seu terras, seu luminaria, vel omnes res quæcumque venerint vel datæ fuerint; concedimus illis canonicis quantum numerum illis placuerit addere, vel a cœtu tollere propriæ congregationis, in ipsorum maneat jure vel potestate; præbendas quoque ipsius loci eisdem canonicis ea lege concedimus, ut nullus episcopus, nullus abbas, nullus homo illas umquam vendere, aut dare aut tollere præsumat. Sed unusquisque canonicus potestatem habeat præbendam suam alteri canonico dare vel relinquere per consilium aliorum canonicorum, qui in eodem loco reipsa deserviant... Facta est hæc largitio III Non. Augusti, regnante Roberto rege anno decimo, præsidente in cathedra Bituricensis Ecclesiæ Dacberto præsule anno octavo. Hæc tamen notæ chronologicæ non conveniunt inter se neque cum anno Christi 1012. Dagbertus enim episcopatum Bituricensem adeptus est probabilitus novem integris annis antequam Robertus, mortuo anno 996 Hugone Capeto patre suo, regnum Franciæ adierit: proindeque annus decimus Roberti concurreret potius cum anno decimo octavo pontificatus Dagberti. Sed neutrius anni conveniunt cum anno aræ vulgaris 1012, sed potius cum anno 1005 aut 1006; quam chronologiam adoptavit Gulielmus de la Croix in suo libro de Serie et Actis episcoporum Cadurcensium (c). Cum vero has tricas enotare, neque tempus, neque subsidia aut etiam rei momentum sinant, sufficiat hic indicasse chartam Gaufridi, et proinde instauratorem ecclesiæ S. Ambrosii intra primum duodecimum sæculi undecimi constituenda esse. Capitulum S. Ambrosii Bituricense decursu temporis a statu sæculari ad regulare canonicorum S. Augustini institutum translatum fuit sub Petro de Castra, archiepiscopo, anno 1151 (d), ut infra pluribus demonstrabimus.

4 Acta S. Ambrosii quatuor potissimum monumentis continentur: quorum duo, lectiones sunt antiqui Breviarii Bituricensis et Sanctoralis Cadurcensis, et inter se satis conveniunt, ut historicam narrationem ab invicem mutuata videantur. Tertium monumentum est hymnus rhythmicus, quem nobis exhibet Gulielmus de la Croix (e). Nihil habet, quod alia scripta non referant: quin et in narratione sua solum ea complectitur, quæ Sanctus Cadurcis gessit, nulla facta mentione itineris Romani aut Turonensis, mortis vel sepulturæ Bituricis; postquam igitur retulerit, quomodo beatus pontifex in spelunca detectus, ex illa exiverit, populo deprecante, ut regimen Ecclesiæ suæ resumeret, desinit hymnus brevi oratione ad Sanctum Ambrosium:

Ambrosi, pie confessor,  
Esto noster intercessor,  
Esto noster advocatus;  
Quibus judex est iratus.

Quartum monumentum est Vita S. Ambrosii, stylo quidem fusiori, simplici tamen conscripta: hanc edimus infra ex Bibliotheca manuscriptorum Philippi Labbe (f). Cui tamen editioni addemus lectiones variantes, maxime e codice Christianæ reginæ Sueciæ, quas excerptis accurate, ut ipse testatur, noster Joannes Bollandus, quasque reperimus in scriniis Bibliothecæ regis Bruxellensis. In hoc autem codice, quia recentior est Labbeano, sunt varia additamenta, quorum aliqua res gestas illustrant,

p. 36. — (f) T. II, p. 347.

atque

A atque cum iis quam maxime conveniunt : quare hæc subijciemus Labbeano exemplari inter Annotata, aut textui in animadversionibus subijciemus : breviores vero variantes, quæ in una alterave vocula addita, omissa, vel transposita consistunt, pro more nostro ad marginem textus primarii adscribemus, cum nota RS, qua codicem reginæ Sueciæ indicabimus. Hisce monumentis annumerari posset Vita S. Allogiosi, edita in Gallia Christiana (a), quamque Edmundus Martene ex codice octingentorum annorum eruit (b). Hujus sancti, aiunt collectores, alibi nulla habetur mentio : ex hac autem Vita non potuimus discere quo tempore vixerit : quapropter ejus Acta inter instrumenta rejecimus. Nullus Cadurcis exstitit Allogiosus; simplex est nominis corruptio pro Ambrosio : ad verbum enim, si pauca excipias, Actis S. Ambrosii simillima sunt, ut vel obiter inspicienti patet.

sat veneran-  
de sunt anti-  
quitate.

B 5 Acta, quæ infra edemus, auctorem habent anonymum quemdam, qui quidem non indicat ætatem suam, nisi hisce verbis, quibus narrationem concludit : Discipulus vero (S. Ambrosii), Agrippinus nomine, sequutus est eum ubicumque ambulavit, et docuit omnia quæ scripta sunt. Paulo aliter se habet textus reginæ Sueciæ : Discipulus vero ejus, Agrippinus nomine, qui secutus est eum ubicumque ambulavit, docuit nobis omnia, quæ scripta sunt de eo. Ex utroque textu elicere est, auctorem anonymum hausisse narrationem suam ex teste oculato, Agrippino scilicet, archidiacono Ecclesiæ Cadurcensis, Sancti nostri valde familiari, et solo qui secretæ secessionis ejus conscius esset. Est et aliud quod nativi quid et coævi redolet num. 10 : scilicet S. Ambrosii ex spelunca egredientis barbam ad pectus ejus descendisse et fuisse quasi laicum, quia novacula in ipso triennio non ascenderat in caput ejus. Hujusmodi imago, quæ rem levissimam ad oculum depingit, et coævis moribus aptissime convenit, vix meo judicio occurreret scriptori, qui rem vel coram non spectasset, vel a teste oculato illam non audivisset. Nam olim morem fuisse in Ecclesia Occidentali ut clerici barbam raderent, testatur imprimis S. Gregorius VII, lib. VIII, epistola x, ad Orzocum, judicem Calaritanum (c) : Totius Occidentalis Ecclesiæ clerus ab ipsis fidei Christianæ primordiis barbam radendi morem tenuit. Huic concinit testimonium Rairamni, Corbeiensis monachi, scriptoris sæculi noni, qui lib. IV, cap. v, contra Græcorum opposita (d) dicit Græcos non vereri de barbæ tonsione clericos culpæ, non tantum Romanorum, verum omnium Occidentalium Ecclesiarum; et apte respondet : Est quidem iste clericorum habitus (tonsæ aut promissæ barbæ) non uniformis cunctis Ecclesiis, sed pro consuetudine majorum varius atque diversus, nec hinc aliquando inter Ecclesias vel Occidentales vel Orientales contentio nata est, sed tenuerunt singulæ quod suis a majoribus susceperunt, vel quod provinciarum usus potius approbavit. Paulo tamen infra dicit : Hunc morem sequentes clerici Romanorum, vel cunctarum fere per Occidentem Ecclesiarum, barbæ radunt. Unde datur intelligi pauculas in ipso Occidente exstitisse exceptiones : propterea tenenda non est lectio canonis XLIV Concilii Carthaginensis IV, anno 398 celebrati, qualem exhibet Molanus (e) : Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat; quasi prohibuit Africanis clericis fuisse tondere barbam. Etenim optimæ notæ codices, expungunt vocem : radat (f) : quo casu in rem nostram facit

C canon. Qui plura de hac disciplina cognoscere cupit, adeat Cardinalem Baronium Annales Ecclesiastici anno LVIII, § CXXXVII et seq. Porro anti-quitatem laudatæ Vitæ S. Ambrosii certiore facit silentium de altera Bituricas translatione, quam dicatur simpliciter actu requiescere in Ernotro vico; dum constat ex num. 3, qualis legitur in codice reginæ Sueciæ, jam sæculo decimo corpus Sancti Bituricas translatum, cultum ibidem habuisse; quin immo sæculo præcedenti intra urbem delatas fuisse sacri corporis Reliquias propter Normannorum furrores, satis probabile est, uti videbimus inferius. Atque hinc concludere licet codicem reginæ Sueciæ recentioris cujusdam manus esse, utpote qui circa finem translationem corporis adjungit. Labbeanus textus de Ernotro vico agens dicit : Ubi corpus ejus requiescit in pace, ubi per eum Dominus virtutes multas ostendere dignatus est; Codex vero reginæ Sueciæ habet : ubi corpus ejus requievit... postea jubente Domino translatum est corpus ejus prope Biturica civitate, et positus est in loco qui vocatur Bissiacus regnante D. N. J. C., etc. Ex his omnibus satis liquidum fit, a subæquali Anonymo esse conscriptam Vitam infra edendam.

AUCTORE  
J. V. H.

E

## § II. S. Ambrosii episcopatus et res in eo gestæ.

D De ortu, juventute, rebusque ante episcopatum gestis S. Ambrosii nihil referunt ejus biographi; nam quod innuit Vita, quæ perperam S. Allogiosi inscribitur de qua supra num. 4, quasi S. Ambrosius ante episcopatum conjugatus, ab uxore sua tentatus fuisset, nullius est momenti, cum in hoc solo codice reperitur, atque istic uncinis inclusum, nulloque nexu cum præcedentibus et consequentibus colligatum, adjectivum prorsus videatur. Quod vero dolendum est, nulla vetusta scripta produnt tempus, quo Sanctus vixerit; unde necessario fluctuat et epocha, qua episcopatum Cadurcensem suscepit, et qua diem suum supremum obiit. Sanctoralis Cadurcense adstruit eum tempore Pippini Francorum regis Cadurcæ urbis episcopum fuisse. Atque in hoc tempus consentiunt catalogi episcoporum Cadurcensium. Verum non æque liquide constat, S. Ambrosium cathedram primum occupasse, postquam Pippinus rex Francorum anno 752 salutatus fuit, ut insinuat ex allato textu Sanctoralis Gulielmus de la Croix, dicens Sanctum vixisse post annum 751, quo Pippinus in regem unctus est mense Martio; multi enim anni initium a paschali solemnitate ordiebantur. Verum is erat Galliæ status, ut nonnulla de viduatæ Ecclesiis prævie advertenda videantur. Certum scilicet est ex epistola S. Bonifacii Moguntini ad Zachariam Papam anno 742 epistola LI (g) miserum valde fuisse Ecclesiæ statum in Gallia, præcipue sub Carolo Martello : Franci enim, ait, plusquam per tempus octoginta annorum synodum non fecerunt, nec archiepiscopum habuerunt, nec Ecclesiæ canonica jura alicubi fundebant aut renovabant. Modo autem maxima ex parte per civitates, episcopales sedes traditæ sunt laicis cupidis ad possidendum, vel adulteratis clericis, scortatoribus et publicanis seculariter ad perfruendum. Ad hæc igitur mala ab Ecclesiis Galliarum avertenda, scribit S. Bonifacius Car-

Tempus episcopatus S. Ambrosii

F

(a) T. I Instrum. Eccl. Cadurc. col. 28. — (b) Ibid., col. 118. — (c) Labbe, t. X Conc. col. 258 et seq. — (d) Ap. D'Achery Spicil., t. I, p. 102. Edit. Paris. 1723. — (e) De Hist.

sacrar. imag., p. 302, not. y. — (f) Labbe, t. II Conc. col. 1203. — (g) Würdtwein Epist. S. Bonif., p. 106. Serar. Epist. cxxxii.

Ioannem

AUCTORE  
J. V. H.

lomannum, ducem Francorum, cui Austrasia gubernanda obvenerat, velle congregare synodum, in qua, quæ jam longo tempore calcata et dissipata fuerant, corrigerentur et emendarentur. Atque hoc præstitum utcumque fuit concilii Liptinensis canone secundo (a), quo, episcopis et Carlomanno consentientibus statutum fuit, ut quæ olim ab ecclesiis ablata fuerant, retinerentur quidem, sed sub precario et censu, ita ut de unaquaque casata, seu, prout Zacharias Papa epistola LXX inter Bonifacianas loquitur (b), de unoquoque conjugio servorum, denarii duodecim singulis annis redderentur; et in super, ut moriente possessore laico, res ipsa Ecclesiæ restitueretur. Operæ pretium duco de precario aliqua hic explicare, siquidem hujusmodi pacta, jure antiquo usitata, sed jam diu abolita, vix sui vestigium reliquerint. Precarium recte definiunt doctores ex ipsis verbis juris canonici cap. III de Precar. (III, 14): Id quod precibus petentis utendum conceditur tamdiu, quamdiu is qui concessit patitur. Est igitur donatio usus semper revocabilis. Ex his manifestum jam fit, quod in concilio Liptinensi concedi dicitur sub precario, cum usque ad mortem possessoris laici alieno usui subjiciatur, stricte precarium dici non posse atque ad precariam accedere, quæ definitur: Id quod utendum conceditur usque ad mortem illius cui usus conceditur. Atque id genus pacti confundendum non est cum precariis: sunt enim precariæ contractus quo res utenda datur ad certum tempus et si concessionis tempus sit diuturnius, ne longinquitate illius memoria intereat, singulis quinquenniis est renovandus. Naturam et differentiam horum pactorum sat lepide explicat Ostiensis quatuor versiculis:

[id est: preca]  
Riæ, Ria, Rium tria sunt, quibus est caput unum  
Riæ sunt solitæ per singula lustra novari;  
Ria fit ad vitam, nec citra vult revocari;  
Finiturque Rium tunc quando vult suus auctor.

videtur probabiliter statui posse circa ann. 743.

7 Sed hæc Ecclesiarum instauratio spectare, ut insinuat laudata epistola S. Bonifacii, videtur ad Austrasiam, quam regebat Carlomannus, quin ad reliquas Gallias, in quibus erat Cadurcum extendi deberet. Nihilominus epistola IX Zachariæ Papæ (c) data pridie kalendas Novembris, imperante domino piissimo Augusto Constantino a Deo coronato magno imperatore, anno XXVII, imperii ejus an. V, indictione XIV, aperte synodum dicit congregatam fuisse mediante Pippino et Carlomanno; et quidem in dicta synodo actum fuisse de censu annuo duodecim denariorum Ecclesiæ persolvendo. Nulla tamen exstat memoria concilii, ad quod Pippinus et Carlomannus, cum episcopis totius Galliæ convenissent: probabile itaque est, synodum bipertitam fuisse, scilicet Liptinæ pro Austrasia anno 743 secundum Philippum Labbe (d), aut, prout vult Mansi (e), anno 745, et Suessionis, pro reliqua Gallia anno 744; ex canone autem tertio hujus Concilii (f) patet constitutos tunc fuisse per civitates legitimos episcopos, et de subtractis rebus censum annum pariter fuisse reddendum: unde apparet maxime convenire Suessionensem synodum cum Liptinensi. Quæri igitur potest num dicto anno 744 S. Ambrosius præpositus fuerit Ecclesiæ Cadurcensi: neque dubia esset responsio affirmans, si pacatus fuisset Aquitaniæ status; sed cum hoc ipso tempore in illa provincia turbata essent plurimum res omnes, unum alterumve annum fluxisse inter sanctionem synoda-

lem et cathedræ Cadurcensis instauracionem facile admiserim: non tamen cogimur, ut episcopatum S. Ambrosii usque ad tempus Pippini regis seu ad annum 752 prorogemus; sed cum anno 744 et sequenti Carlomannus in Aquitaniam iverit, tunc rem ecclesiasticam constituisse probabile est; et proinde ab hac circiter epocha episcopatum S. Ambrosii ordiendum esse. Videtur igitur recedendum a sententia Gulielmi de la Croix (g), et Adriani Baillet, qui initium episcopatus Sancti nostri post annum Christi 752, quo Pippinus rex salutatus fuit, figendum putavit: corrigendus quoque videtur historicus Cadurcensis Cathala-Coture (h), de quo et infra nobis agendum erit, qui dicit S. Ambrosium regimen Cadurcensis Ecclesiæ suscepisse anno Christi 742; quo certe res in Galliis non erant satis maturæ, ut reformatio status ecclesiastici inciperetur.

8 De rebus a S. Ambrosio in episcopatu gestis pauca admodum tradit Anonymus num. 1: Omnibus diebus, ait, ac noctibus in vigiliis et orationibus erat semper intentus: non enim in divitiis mundi, nec in thesauris Ecclesiæ confidebat, sed in misericordia Domini, quia plenus erat gratia Dei: non diligeat seculum, nec eas, quæ in seculo sunt, facultates, et res Ecclesiæ ac proprias opes, quas habebat pauperibus erogabat, nudos cooperiebat, esurientes satiabat, sitientes potabat, captivos redimebat, thesaurum sibi in cælo præparabat. Dicebant omnes senatores in urbe verba iniqua contra eum. Cum autem vidisset Sanctus Dei Ambrosius omnes illos fervere contra se, conversus in orationem ad Dominum dixit: Domine Deus meus, qui benedixisti Abraham, Isaac et Jacob, benedic animam meam et omnia interiora mea in nomine sancto tuo, et educ me de civitate hac et de populo iniquo, qui mihi contrarius est, et blasphemat opera quæ facio in nomine tuo. Cum hæc dixisset, gratia Dei plenus reclusit se in cellula, quæ erat juxta ecclesiam... Post hæc autem stetit ibidem dies multos. Ex hoc vitæ tenore facilem fidem adhibemus iis, quæ in Breviario Cadurcensi leguntur: Ambrosius... Ecclesiæ suæ diuturnis cladibus afflictæ splendori renovare desiderans, cleri disciplinam et populi mores emendare aggressus est monitis salutaribus et exemplis. Si itaque Sanctum nostrum apud Anonymum legitimus reclusum juxta ecclesiam suam, hoc ita intelligendum est, ut cellula suæ coleret solitudinem, quin tamen pastoralis cura nullum pateretur detrimentum. Recte igitur laudatum Breviarium Cadurcense, vestigia Anonymi presse sequens, addit ejus miracula saniolem populi partem in sui admirationem rapuisse: quod profecto non accidisset, si officii episcopalis negligens, contemplationi unice vacasset. Dein quomodo dicere potuissent num. 8: Væ nobis peccatoribus qui contradiximus opera sua et non vidimus virtutes multas, quas fecit per eum Deus, si populum sibi commissum Sanctus non revasset verbis et exemplis?

9 Incertum porro est quamdiu S. Ambrosius suæ præfuerit Ecclesiæ, donec, relicto episcopatu onere, in solitudinem omnibus incognitam sese addiderit. Septennium regiminis statuunt Breviaria Cadurcensia, sed nullo, qui quidem apparet, idoneo teste suffulta. Historicus Cadurcensis Cathala-Coture (i) conjicit S. Ambrosium eremum incolere cepisse eo anno, quo basilica Figiacensis consecrata fuit, præsentibus Stephano II papa (k) et Pippino rege, quia ejus nomen non recurrit inter episcopos, qui dictæ

(a) Labbe t. VI Conc. col. 1537. — (b) Würdtw., p. 184. Ser. cxxxviii. — (c) Ibid. — (d) T. VI Conc. col. 1537. — (e) T. I Suppl., col. 551. — (f) Labbe t. VI Conc. col. 1553. —

(g) Ser. et Act. Episc. Cadurc., p. 32. — (h) Hist. du Quercy, t. I, p. 82. — (i) Ibid., p. 87. — (k) Quandoque etiam Stephanus III dictus, ut videre est apud Chronologos.

conse-

A consecrationi interfuerunt. Verum adhuc nullum reperi auctorem antiquum, qui nomina episcoporum, consecrationi Figiacensi præsentium, recitaret. Gulielmus de la Croix, qui num. 67 (a), late describit prodigiosam hanc consecrationem, dicit quidem ex Actis, in Figiacensi archivo asservatis, multos adfuisse Pontifices, inter quos celebris memoriæ Beatissimus Vivianus, qui tunc sedis Sanctonicæ præsul et comes florebat. Ast S. Vivianum Sanctonensem statuunt Nostri ad xxviii Augusti (b), circa medium sæculum quintum obiisse: hoc certum est, S. Gregorium Turonensem anno Christi 595 defunctum, in suo libro de Gloria Confessorum cap. LVIII (c) dicere, S. Vivianum seu Bibianum quiescere in suburbio urbis Sanctonicæ; et proinde certum obiisse est saltem sexaginta annis ante Figiacensem consecrationem. Suspecta sunt igitur hac in parte Acta Figiacensis archivi, neque fidem merentur. Quin immo hæc ipsa prodigiosa Figiacensis ecclesiæ consecratio, saltem quatenus coævis diplomatis fulcienda esset, omnino nutat. Accurate probat Cointius (d) Stephanum II Papam, qui bullam dedisse dicitur (e) in eodem monasterio (Figiacensi)

B VII id. Novembris, anno Dominicæ Incarnationis DCCLV indict. VII, anno vero IV Domini Stephani Papæ II, eodem anno 755 in Gallis non fuisse; quod si ad annum præcedentem, quo reipsa Stephanus in Gallis commoratus est, consecratio rejiciatur, non solvitur difficultas; siquidem constat Stephanum Papam, relictis Parisiis, recta via per Alpes in Italiam perrexisse, atque Romæ fuisse mense Januario anni 755. Ipsa dein Stephani Papæ bulla Cadurcis, ut supponitur data, aliqua exhibet, quæ sæculi octavi stylo non quadrat: dicitur enim in bulla citata: Nulli præterea archiepiscopo, vel episcopo, aut cardinali sit facultas illum (abbatem Figiacensem) excommunicandi, nisi tantum Romano Pontifici. Quamvis antiquissima sit S. R. E. Cardinalium dignitas et præminencia, videtur tamen ad posteriora sæcula pertinere, ut cardinales speciali mentione recolantur. Atque hinc etiam bulla Figiacensis aliquam interpolationem subisse omnino videtur.

qua occasione discutuntur monumenta Figiacensia,

10 Citatur quoque diploma Pippini regis (f), datum in eodem loco (scilicet in monasterio Figiacensi) VI idus Nov. anno ab Incarnatione Domini DCCLV, indictione nona. Verum cum in hac charta dicat rex se, præserte Domino Stephano papa, mirabiliter a Deo consecratum (monasterium Figiacense) prospexisse; videtur eadem obijci posse contra Pippini regis chartam, quæ bullæ Stephani Papæ opposita fuerunt, scilicet nullum existere vestigium itineris Stephani Papæ Aquitaniam versus; nec opportunum tempus, sive annum quinquagesimum quartum sive sequentem spectemus, inveniri posse. Nihilominus hujusmodi navos detergere videntur subsequentes bullæ variorum Romanorum Pontificum, qui nova privilegia, Figiacensibus concessa, fundant in primaria Stephani bulla: unde et auctores Gallix Christianæ (g) dicunt litteris Stephani auctoritatem omnem haud esse detrahendam. Verum quæ afferuntur bullæ, et ipse merito suspectæ censentur: citatur enim imprimis bulla Paschalis I. anni 822 (h) in qua dicitur, ut monasterium, quod Conchas nominatur, sit sub Aymari regimine quemadmodum olim fuerat, et ut eum (id) in priorali dignitate, quia destructum est, restauret. Ast hæc omnino contraria sunt iis, quæ in Vita Ludovicii Pii a coævo, Astronomo dicto, conscripta reperiuntur: utpote in qua (i) monaste-

rium Concas numeratur inter multa a Ludovico Pio reparata imo a fundamentis ædificata monasteria. Narrationem coævi roborat diploma ejusdem Ludovici (k) datum sexto idus Aprilis, anno sexto, Christo propitio, imperii domni Ludovici excellentissimi Augusti, indictione XII. Actum Aquisgrani palatio regio. Jam vero hoc anno sexto Ludovici, seu Christi 820 dicitur ecclesia ibidem ædificata in honore Domini et Salvatoris Jesu Christi, Medraldus abbas nominatur, refertur quoque congregatio in dies crescens, quæ tandem sub regula S. Benedicti militare cepit. Quæ omnia nullatenus quadrant cum iis, quæ duobus post annis scripta perhibentur a Paschali I. Neque dictæ bullæ suppetias ferre potest rescriptum Urbani II, a Gulielmo de la Croix (l) citatum quo Pontifex post exordium, Paschalinæ bullæ simillimum, plenariam concedit indulgentiam ecclesiæ Figiacensi: inscribitur enim Stephano Cadurcensi episcopo, quum constat anno Christi 1093, quo data dicitur bulla, non Stephanum aliquem, sed Geraldum II occupasse Cadurcensem cathedram, ut probant auctores Gallix Christianæ (m). Fictas proinde credo has bullas omnes, atque ideo fictas, quod lis verteretur inter Figiacenses et Conchenses monachos circa primatum alterutrius monasterii. Pro se citabant Figiacenses, præter laudatas litteras Stephani papæ et Pippini regis, ejusdem principis diploma, quo (n) eremita Conchenses abbati Figiacensi commendabantur, quatenus ex sua abundantia illorum inopiam suppleret; et quia in asperrimis, arduis nec non angustissimis degebant locis, haberent caput in spatio et delectabili loco, ubi eorum corpora et a labore relevarentur et recrearentur a penuria.

Tum de abbatis electione hæc subduntur: Cum vero abbas istorum (Figiacensium) obierit, quamdiu inter se invenire potuerint, ex suis eligant, qui eos secundum regulam Sancti Benedicti regere possit. Quod si inter eremitas Conchenses eis melior visus fuerit, non dedignentur indesibi sumere patrem; ita tamen ut priori monasterio, id est Figiaco, abbatiæ reverentia reservetur, et dignitas prioratus apud Conchas remaneat. Hactenus quidem Figiacenses. Sed alia omnino cantant Conchenses, qui diploma exhibent a Pippino Aquitanix rege, Ludovici Pii filio datum (o): x kal. Septembris, indictione I, anno xxv imperii Ludovici Cæsaris Augusti et regni nostri xxii, id est anno Christi 838. In ista quidem charta dicitur: Interea nostræ serenitati placuit, ut quia idem monasterium (Conchense) in arduis atque asperrimis locis est constitutum, ita ut pro sua angustia plurimorum obsit habitationi, et pro asperitate victualia prohibet illuc deferri, ut in loco, cujus vocabulum est Figiacus, quem tamen abhinc novas Concas vocari placuit, monasterium construat, quatenus ab angustia et penuria portandorum alimentorum idem locus sublevatus, liberius atque delectabilius ibidem habitantes Deo servire possint... ita tamen ut priori monasterio Concas dignitas prioratus et antiquitatis reverentia reservetur. Hæc certe cum Figiacensium assertionibus stare non possunt, utpote quæ sunt plane contradictoria; interim meum non est litem implexam dirimere, sufficit observasse hic falsarium aliquem subesse: satis limpide mea sententia fluit Conchense diploma, et illo verborum tenore utitur, qui controversiæ definiendæ aptus non videtur verbi gratia dignitas prioratus, quod dextre in rem suam detor-

E

F

(a) Ser. Episc. Cadurc., p. 59. — (b) T. VI Augusti, p. 461. — (c) Biblioth. max. PP., t. XI, p. 883. — (d) An. an. 754, § lxxiv, t. V, p. 449. — (e) Gall. Christ., t. I Instr., col. 43. — (f) D'Achery Spicil., t. III, p. 319. — (g) T. I Instrum. col. 43. — (h) Ibid. — (i) D. Bouquet, t. VI, p.

95. — (k) Gall. Christ., t. I, col. 236. — (l) Ser. Episc. Cadurc., p. 56. — (m) T. I, col. 127 et 128. — (n) Mabill. Ann. Bened., lib. xxvii, § III, t. II, p. 395. — (o) Bosc. Mém. pour servir à l'hist. du Rouergue, t. III, p. 153.

AUCTORE  
J. V. H.

*sere Figiacenses. Ingratam litem diremit tandem Urbanus II in concilio Nemausensi anni 1097, quando utrumque monasterium suo juri reliquit (a). Sed de his satis : ad Sanctum nostrum Ambrosium sermo redigendus est.*

et refutatur  
historicus

11 *Ex monumentis Figiacensibus nihil, ut videmus, deduci potest ad statuendum tempus, quo S. Ambrosius in solitudinem omnibus incognitam secessit : quinimmo prorogandum videtur, usque ad annum Christi 760, quando Waifarius dux Aquitaniae rebellare cepit adversus Pippinum regem, quia, ut ait Ademarum in suo Chronico (b), nolebat consentire justitiis ecclesiarum. Circa illud tempus Sanctus noster, pertæsus inutilis laboris in populo indocili et continuatæ direptionis bonorum Ecclesiae suæ, probabiliter solitudinem quæsiuit. Huc etiam accedit, quod Sanctus antea per annos aliquot gregem excolere debuerit, quam legitime propter populi indocilitatem onus episcopale potuerit deponere : unde omnino verisimile est Sanctum secessisse circa annum 759, ut habent recentiores, inter quos Bailletus. Hanc occasionem nactus causidicus Cathala-Coture in sua Historia pagi Cadurcensis (c) et tripode*

B

*condemnat agendi modum S. Ambrosii, quasi abnormem et absolum a recta ratione ; en ejus verba latine reddita : Visebantur illo adhuc sæculo exempla hujusmodi fervoris imprudentis. Deserebant homines absque remorsu officia essentialia, ut placitas austeritates sectarentur, quæ, quo magis erant singulares, eo magis et nocebant et alliciebant, dum in admirationem rapiebant ignarum vulgus. Isthæc agendi ratio S. Ambrosii, quamvis in se laude digna, distat a moribus nostris et cachinnos provocaret. Verumtamen quot sunt etiam hodierna die, qui cum propter dotes, quibus polent, propter officia, quibus funguntur, rempublicam optime procurare possent, frustrant naturam atque adeo humanitatem spe sua, quando se dedunt studiis, quæ bono publico præferunt? Adeo verum est homines omnium temporum, tantum non perfectissime, sibi similes esse! Hæc causidicus Cathala-Coture.*

Cadurcensis  
Cathala-Coture,

12 *Si hæc citamus, iisque brevem refutationem subnectimus, non est quod librum causidici nostri tam celebrem judicemus, ut periculosus esse possit ; sed cum hic repetita veniant, quæ more sæculi XVIII ab omnibus passim, qui novitatem affectabant, cantabantur, et quæ adhuc vulgari colloquio et scriptis libris tractantur, operæ pretium fuerit paucis hic dicta refellere, ut suus veritati sit locus. Imprimis Cathala causidicus reprehendit S. Ambrosium, quod, officio episcopali dimisso, in solitudinem abderit sese : imprudentem dicit hujusmodi agendi rationem ; remordere scilicet Sanctum debuisset conscientia, quod officio suo prætulit austeritates voluntarias. Scire tamen debebat causidicus ex jure canonico, quod ignorare jurisconsultum fas non est, inter legitimas causas renuntiationis numerari indocilitatem seu malitiam plebis commissæ. Hæc enim leguntur cap. x de Renunt. (i. 9) : Propter malitiam plebis cogitur interdum prælatus ab ipsius regimine declinare, quando plebs adeo duræ cervicis existit, ut proficere nequeat apud ipsam, sed propter ejus duritiam, quo magis satagit, eo magis justo judicio deficere permittatur : dicente Domino per Prophetam (d) : Linguam tuam ad hæerere faciam palato tuo... quia domus exasperans est. Et Apostoli leguntur dixisse Judæis (e) : Ecce convertimur ad gentes, quia verbi Dei in-*

C

*dignos vos fecistis. Non tamen pro qualibet culpa pastor debet gregem deserere, ne mercenario comparetur, qui videt lupum venientem et dimittit oves et fugit ; sed de superioris licentia, tunc demum potest non tum timide fugere, quam provide declinare, cum oves convertuntur in lupos : et qui debuerant humiliter obedire, jam irrevocabiliter contradicant, cum etsi tales sint graviter pro crimine puniendi, sunt tamen pro tempore utiliter tolerandi : quia sanguinem elicit, qui nimis emungit. Videtur canon citatus veris suis coloribus depingere S. Ambrosium in medio populi nolentis audire pastorem suum : recte igitur beatus vir malitiæ plebis indocilis esse subtraxit. Circa idem tempus similem dimissionem sedis nobis S. Ado in suo Chronico exhibet (f) : Willicarius, cum furioso et insano satis consilio Franci res sacras Ecclesiarum ad usus suos retorquerent, videns Viennensem ecclesiam suam indecenter humiliari, relicto episcopatu, in monasterium Sanctorum Martyrum Agaunensium ingressus, vitam venerabilem duxit. Vastata et dissipata Viennensis et Lugdunensi provincia, aliquot annis sine episcopis utraque Ecclesia fuit, laicis sacrilege et barbære res sacras Ecclesiarum obtinentibus. Willicarius Ecclesiam suam relinquit, quia devastata ; præter hoc momentum, fugam in solitudinem Sancto nostro suadebant indocilitas populi et certa spes habendi successorem in episcopatu. Si itaque in similibus adjunctis præsentem tempore episcopus aliquis, abdicatis infulis, solitudinem peteret, optime id consonaret moribus, et nedum cachinnos provocaret, hodiernis etiam hominibus summæ ædificationi existeret.*

D

13 *Quod vero Cathala causidicus porro mirabundus dici hujusmodi mentis imbecillitatem adhuc perseverasse, prima fronte concludendum videtur, rem esse, quæ ipsa frequentia tantam admirationem ciere non valet : nam cum semper et ubique exstiterit, ut ipse fatetur, error ille in Christianismi indolem refundendus est. Quomodo porro causidicus noster tam peremptorie damnare sua privati hominis auctoritate audeat, quod sæculorum omnium judicio comprobatur? Admirationem itaque mentiri dicendus est causidicus, ut oblique saltem carpere possit illa Ecclesiæ instituta, quæ orationi et contemplationi præcipue devota, maxima impetebantur illa tempestate (anno 1785), qua auctor suam Historiam Cadurcensis pagi concinnavit. Hinc dicit naturam atque adeo humanitatem spe sua frustrari, quando quis in placida studia, reipublicæ minus utilia, incumbit. Quibus verbis indigital monasticæ vitæ studiosos, quos frivolis rebus deditos fingit ; quasi vitam orationi continuæ impendere et corpus austeritatibus atterere, frivola essent. Qui vero primaria principia religionis Christianæ vel summis labris delibant, sciunt oratione ad Deum nitri res humanas, et proinde utile esse tum singulis, tum universæ reipublicæ, ut sint semper qui orent in omni loco levantem puras manus (g), ut avertantur flagella iræ divinæ, et justis perseverantia, peccatoribus morum emendatio concedatur. Hanc certe anachoretarum utilitatem agnovit S. Augustinus libro I de Moribus Ecclesiæ Catholice cap. xxxi (h) : Nihil de iis dicam,.... qui secretissimi penitus ab omni hominum conspectu, pane solo, qui eis per certa intervalla temporum affertur, et aqua contenti, desertissimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæserunt, et ejus pulchritudinis contemplatione beatissimi, quæ nisi Sanctorum in-*

E

et ostenditur  
quam inepte

F

(a) Mabill. Act. SS. Ben., sæc. III. part. II, p. 448, et Gall. Christ., t. I Instr., p. 44. — (b) Labbe Bibl. Mss., t. II, p. 157. — (c) Hist. du Quercy, t. I, p. 82. — (d) Ezech. III, 26. — (e) Act. XIII, 46 ; paulo aliter Vulgata : Quoniam

repellit illud (verbum) et indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur, etc. — (f) Pertz. Monum. Hist. Germ., t. II, p. 319. — (g) I. Tim. II, 8. — (h) T. I Op., p. 710. Edit. Paris. MDCLXXXIX.

tellectu

A tectum percipi non potest. Nihil, inquam, de his loquar: videntur enim nonnullis res humanas plus quam oporteret deseruisse, non intelligentibus quantum nobis eorum animus in orationibus prosit, et vita ad exemplum, quorum corpora videre non sinimur. Sed hinc disputare longum et supervacaneum puto: nam hoc tam excellens fastigium sanctitatis, cui non sua sponte mirandum et honorandum videtur, oratione nostra videri qui potest? Tantum isti admonendi sunt, qui se inaniter jactant, in tantum processisse temperantiam et continentiam sanctissimorum catholicae fidei Christianorum, ut restringenda nonnullis et quasi ad humanos fines revocanda videatur, usque adeo supra homines illorum animos evasisse, ab iis etiam quibus id displicet, judicatur. *Hæc S. Augustinus apposite ad causidicum nostrum refellendum.*

S. Ambrosium carpit.

14 Quod si hæc, quatenus ex intimis religionis Catholicae principis desumpta, respiciat Cathala causidicus, attendat, quæso, monachismum non solum utilem esse, ut præcepta et consilia evangelica sarta tecta serventur et alii ad sanctiorem vitam provocentur, sed etiam prodesse plurimum societati civili. Ut enim hic omittamus quantum subsidii contulerint olim monachi agriculturæ propagandæ, scientiis artibusque conservandis, nemo qui præsentem rerum statum attento oculo intuetur, diffitebitur, vel nostro sæculo optandum esse, ut plures sint, qui solitudinem sectentur. Ea enim est temporum nostrorum conditio, ut omnes ferme, qui modo aliquid litterarum addidicerint, ad omnia tamen se esse facile existiment; nihil adeo excelsum aut arduum, quod se consecuturos levi manu non sperent. Unum sæpe obstat, quominus scopum, ardentissimis votis expetitum, attingant, curia scilicet res familiaris aut ære alieno gravata, quæ omnem aditum ad honores voluptatesque claudit. Hinc nihil non excogitant, nihil non moliuntur, ut divitiis tandem potiantur; ad quas acquirendas nulla via facilior quam si turbata republica, alienas fortunas nullo negotio invadere possint. Inhiant aliorum opibus, quas absque labore suas cupiunt, et omnibus modis corradere tentant. Jam quis non liquide videat hac exagitata tempestate, optime consultum iri paci et quieti civitatis, si essent monasteria, ad quæ concurrere posset juvenus, sibi gravis, familiaris indecora, societati universæ infesta? Macerarent illic corpus suum inedia, vigiliis, stupendis etiam austeritatibus; aut etiam, si ita lubet, ignavix dediti, luderent anagrammatis, chronogrammatibus, aut aliis id genus crepundiis litterariis: jam certe maximo republicæ utriusque emolumento quiescerent ipsi, aliosque cives tranquillitate perfuti paterentur: uno verbo summæ utilitatis esset non nocuisse. Tot videmus hodie impietatis coryphæos civibus suis perniciem et exitium minitantes, qui rempublicam vexant, turbant, evertere conantur, qui si essent monachi, innocuam, etiamsi fortassis inutilem, vitam ducerent (a). Adeo verum est (liceat nostrum epiphonema Cathaliano opponere) viros cæteroque quavis ex minutis fictisque circumstantiis principia cadere, quæ, si in præcimum deducerentur, gravissima generant mala, non uni tantum, sed toti quandoque regno luenda. *Hæc de Cathala causidici sententiis dicta sufficiant.*

(a) De Maistre du Pape, lib. III, cap. II. — (b) De Scriptt. Eccles. Antiquis, t. I, col. 1827 et seqq. — (c) T. V Op., p. 177 et seqq. Edit. Venet. — (d) Ibid., p. 199. — (e) De

§ III. Discutitur opinio Casimiri Oudini, qui S. Ambrosium Cadurcensem auctorem facit Librorum de Mysteriis et de Sacramentis, S. Ambrosio Mediolanensi vulgo tributorum.

Singularis fuit opinio Casimiri Oudini (b), Sancto nostro Ambrosio tribuentis tractatus de Mysteriis et de Sacramentis, quæ olim communiter sub nomine S. Ambrosii Mediolanensis et Ecclesiæ Doctoris veniebant. Quantumvis enim nihil detractum velimus gloriæ Sanctorum, quorum vitam commentamur; deessemus nihilominus officio nostro et reverentiæ Sanctis debitæ, si illos alienis spoliis condecorare satageremus. Neque tamen illo consilio opinionem suam emisit Oudinus, ut ad laudes S. Ambrosii Cadurcensis accrescerent hi tractatus, sed potius ut validissima traditionis catholicae monumenta, homo vaser convelleret. Sciebat enim multum iisdem auctoritatis deperire, si et quatuor sæculis recentiora et ab obscuro quodam episcopo, qui etiam rhapsodus appellatur, edita comprobaret. Operæ pretium itaque fuerit singularem scriptoris apostata opinionem expendere, illamque, quantum hujus Operis ratio postulat, refutare. Sententiam suam his fere argumentis fulcit Oudinus: asserit imprimis unum eundemque esse auctorem, qui tractatum de Mysteriis et qui sex tractatus de Sacramentis conscripserit: atque huic dein assertioni, tamquam valido fundamento, superstruit aliam conjecturam, scriptorem nempe hunc non esse sanctum Mediolanensem pontificem, sed omnino videri Gallum quemdam episcopum, inter annos 774 et 800 collocandum: unde Oudini arbitrio sponte quasi sua profuit non alium hisce tractatibus patrem assignari posse, quam S. Ambrosium, Cadurcensem episcopum. Ad probandas hujusmodi opinioniones varia congerit Oudinus, quæ nunc examinanda sunt accurate, ne idem labor repetendus veniat ad diem VII Decembris, quando de S. Ambrosio Mediolanensi agendum erit.

16 Sodales Benedictini e Congregatione S. Mauri in nova, quam anno 1688 adornarunt, editione Operum S. Ambrosii, omnino affirmant sanctum episcopum Mediolanensem auctorem esse libri De Mysteriis (c); ast dein scribunt sibi videri auctorem tractatum de Sacramentis diversum esse a S. Ambrosio, qui auctor est libri de sacramentis (d); eandem sententiam recipientes, suo calculo comprobant editores Veneti anni 1781, quorum editione utimur in præsentii dissertatione. Hanc sententiam mutuatos illos dicit Oudinus (e) ex Albertino, theologo heterodoxo, tacito tamen hujus nomine: hic nempe lib. 11 de Sacramento Eucharistiæ caput primum concluderat his verbis, quæ ex ipso Oudino (f) exscribimus: Judicent ergo lectores, an sit stultum ambigere de authore horum librorum (de Sacramentis), quod temere admodum Bellarminus pronuntiat, an non contra injuriam sit, illi tribuere velle? Ex adversariis ipsis (Catholicis) Arnoldus (g) eos citans de frequenti Communione parte I, cap. XIII. « Si tamen Ambrosii sint, » inquit. Ego censeo illos esse authoris septimi sæculi, ex tractatu Ambrosii de iis qui mysteriis initiantur, explicato consarcinatos et propter similitudinem Ambrosio attributos, cum rapsodi nomen ignoraretur. *Utrum propria sagacitate Be-*

Scriptt. Eccles., t. I, col. 1820. — (f) Loco citato. — (g) Doctorem Arnault intelligit.

nedictini

AUCTORE  
J. V. H.

Oudinus opinatur libros de sacramentis et de mysteriis

E

esse S. Ambrosii Cadurcensis, in quam rem adducit rationes:  
F



AUCTORE  
J. V. H.

nedictini editores assecuti fuerint non unum eundemque auctorem utriusque operis existere, num vero hanc sententiam ab Albertino supra laudato, aut a Godefrido Hermant, scriptore Vitæ S. Ambrosii Mediolanensis, mutuati fuerint, parvi refert. Unum hic discutiendum venit, quibus rationum momentis Oudinus in hanc opinionem adductus fuerit, eandemque pro aris et focis defenderit. Sententiam suam confirmat quadruplici ratione, deinceps examinanda: prima est, multis in codicibus sub Ambrosii nomine conjunctos reperiri libros de Mysteriis et de Sacramentis; altera petitur ex styli in utroque opere similitudine; tertia ex uniformitate doctrinæ cujusdam singularis; quarta denique ex connexionem quæ inter varios hosce tractatus existunt, ita ut, quemadmodum liber secundus de Sacramentis reclamatur primum, ita quoque tractatus de Sacramentis necessario supponit præmissum fuisse librum de Mysteriis. Primæ difficultati jam occurrerunt editores Benedictini in erudito suo prologo, quem libris de Sacramentis præmisere (a). Cum enim multi citarentur ex antiquis, qui libros hos Ambrosio adscriberent, responderunt editores: Scriptores illi rem (seu quis auctor librorum esset) ipsi per se ac destinato consilio non discusserunt, sed vel alii alios sequuti sunt, vel fidem habuere suis manuscriptis, in quibus eandem opellam alibi quidem Ambrosii nuncupatione inscriptam, alibi vero tractatui alicui eandem inscriptionem præferenti junctam reperere. Nam cum antiquissimi quique codices nullum auctoris nomen exhibeant, qui exscribendis iis navaverunt operam, cum Ambrosium hac ipsa de materia scripsisse cognovissent, non dubitarunt eidem ipsos adjudicare; alii autem etsi Ambrosianos esse non arbitrarentur, libro tamen de Mysteriis ob argumenti similitudinem duxerunt subjungendos. Hanc ipsam postremam rationem ratam habet Albertinus supra citatus; ideo ubique ferme conjunctos reperiri bines tractatus, quia ex uno alii consarcinati sunt, sibi que proin sunt simillimi. Et hæc quidem eadem argumentatio facile causam aperit, cur Ratramnus librum de Mysteriis primum librum de Sacramentis dixerit. Vide Natalem Alexandrum Historia Ecclesiastica sæculo IV, part. I, cap. VI, art. XXVII, § II (b).

imprimis  
confusionem  
nominis;  
dein similitudinem  
styli et ritus

17 Eodem modo solvitur difficultas, quæ ex styli similitudine petitur, quam nonnulli admisere, ut videre est apud Oudinum cap. I, num. 3; alii vero negarunt, ut Benedictini editores (c), Tillemont (d) in monumentis Ecclesiasticis, qui citat quoque Cardinalem Bona Rerum Liturgicarum lib. I, cap. VII, D. Ceillier de Auctoribus Ecclesiasticis (e), atque adeo heterodoxi: nam Albertinus, dum dicit libros de sacramentis (f) scaterere barbarismis, multa habere, quorum nonnulla et ridicula Ambrosianaque gravitate prorsus indigna, nonnulla etiam repugnantia et contradictoria, etc., ipse, inquam, Albertinus styli similitudinem inter utrumque opus non agnovit. Est tamen aliqua inter utrumque similitudo; quoties scilicet auctor librorum de Sacramentis ex libro de mysteriis aliquid decerpit, nisi ubi interdum depravet nimium. Verum quotiescumque propriis, ut vulgo dicitur, alis volare tentat, tunc a vero Ambrosio omnino absimilis est, neque frigidis illis et puerilibus interrogatis, quæ in libris de Sacramentis occurrunt, insperguntur genuina Mediolanensis Ambrosii opera. Quæ vero de similitudine singularis doctrinæ circa lotionem pedum

commentatur adversarius, jam diu confutata fuerunt. Quid enim ibi tam singulare voces? Post baptismum pedes lavari? Ast id et Mediolani et alibi factum esse notant tum ipse Basnagius (g) in editione Lectionum Canisii, tum Cornelius a Lapide in Commentario in Joannis cap. XIII, x. i, citans Gabrielem Vasquez: idem quoque testantur C. Charodon (h) in Historia Sacramentorum et multi alii. Sed scilicet auctor libri de Mysteriis cap. VI assertit lotionem pedum hereditaria peccata tolli; propria enim per baptismum relaxari: cui consonat, quod lib. III de Sacramentis cap. I (i) dicitur: Sunt tamen qui dicant et excusare conentur, quia hoc non in mysterio faciendum est, non in baptismo, non in regeneratione: sed quasi hospiti pedes lavandi sunt (quæ tamen ratio inveniunt in Missali Gothico, et in Missali Gallicano veteri (k)). Aliud est humilitatis, aliud sanctificationis. Denique audi quia mysterium est et sanctificatio: Nisi laveris tibi pedes, non habebis partem mecum. (Joannes XIII)... Quia Adam supplantatus a diabolo est, et venenum ei effusum est supra pedes, ideo lavas pedes; ut in ea parte in qua insidiatus est serpens, majus subsidium sanctificationis accedat, quo postea te supplantare non possit. Auctor libri de Mysteriis satis superque vindicatus fuit ab omni errore in nota, quam ad locum citatum adjecere editores Benedictini. Non dissimili modo a culpa liberatur auctor librorum de Sacramentis; ipsa enim ejus verba satis indicant, quo sensu dixerit lotionem pedum mysterium esse, ad sanctificationem fuisse institutam: nam imprimis si credidisset auctor per lotionem pedum tolli peccatum, cum sibi objecisset Ecclesiam Romanam non habere hanc consuetudinem, gravis profecto et maxime damnabilis erroris hanc Ecclesiam arguisset; qui fit igitur ut statim subjungat: cujus typum in omnibus sequimur et formam? ut causam hujus omissionis prætentat: forte propter multitudinem declinavit? Certe hujusmodi causam non obtendisset auctor, si credidisset lotionem pedum sacramentum esse ad remissionem peccati originalis institutum; non addidisset denique: Hæc dico, non quod alios reprehendam: (quod facere debuisset, si ageretur de neglectu Sacramenti maxime necessari) sed mea officia ipse commendem.

18 Ast ipsa auctoris verba evidentissime illum ab omni errore gravi vindicant; paulo enim infra explicans illa verba: Qui lavit, non necesse habet iterum lavare, nisi ut solos pedes lavet; dicit: Quare hoc? Quia in baptismo omnis culpa; sed quia Adam supplantatus a diabolo est, et venenum ei effusum est supra pedes, ideo lavas pedes; ut in ea parte in qua insidiatus est serpens, majus subsidium sanctificationis accedat, quo postea te supplantare non possit. Lavas ergo pedes, ut laves venena serpentis. Ad humilitatem quoque proficit, ut in mysterio non erubescamus, quod dedignamur in obsequio. Conceptis verbis in baptismo omnem culpam dilui, dicit, auctor, seu ut loquitur Concilium Tridentinum Sessione V, canone 5 tolli totum id quod veram et propriam peccati rationem habet.... Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel fomitem, hæc sancta synodus fatetur et sentit.... Hanc vero concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta synodus declarat Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse, quod vere et proprie peccatum sit, sed quia ex peccato

prorsus singularis,  
F

(a) T. V Op., p. 204. — (b) T. IV, p. 313. (Edit. Venet. 1778). — (c) T. V Op. S. Ambros., p. 207. — (d) Mém. pour servir à l'Hist. Eccl., t. X, not. LXII in S. Ambros., p. 765. — (e) Auteurs Eccles., t. VII, cap. IV, § XIV, p. 487. — (f)

Ambros. Opp., t. V, p. 200. — (g) Præf. in Canisii Lect. Antiq., cap. V, § XXXV, t. I, p. 57. — (h) Hist. des Sacraments, t. I, p. 381. — (i) Ambros. Op., t. V, p. 222. — (k) Jos. Mar. Thomasi Cod. Sacram., p. 335 et 475.

est,

A est, et ad peccatum inclinat. Huic ergo malo, diluta omni culpa, subsidium sanctificationis profertur, id est gratia celestis, cujus ope, ut habet Tridentinum Concilium loco citato non consentientibus sed viriliter repugnantibus nocere non valet, quin imo qui legitime certaverit, coronabitur. Ex his ergo evanescit prorsus doctrinæ singularitas, quam utriusque operi assignere quidam voluerunt: ruit igitur tertium argumentum, quo fulcire tentavit Oudinus suam sententiam.

19 Ast prodit nunc in apertam palæstram Oudinianus Achilles, quem nullus, ut ipse quidem dicit (a), infringere possit, et propterea probabiliter dissimulatus ab editoribus Benedictinis, ut distinctionem suam Tractatus de *Mysteriis* a libris sex de Sacramentis plausibilior facerent. Scilicet appellat Oudinus tractatum de *Mysteriis*, librum primum inter illos qui de Sacramentis conscripti sunt; atque id quidem duplici ex ratione: imprimis ut suus sit sermonibus septenarius numerus; dein ut verba quædam Libri primi de Sacramentis commodam nanciscantur interpretationem. Ad utrumque facilis est responsio. Etenim nulla videtur necessitas, ut septenarius numerus librorum sive sermonum admittatur; et posito etiam septimanam integram insumptam fuisse in instruendis neophytis, nullatenus sequitur Dominicum Paschatis non fuisse diem impedire, quam ut sermo haberetur. Sed, admissa etiam illa necessitate, ne tunc quidem sequeretur, librum de *Mysteriis* adnectendum esse tractatibus de Sacramentis: nam merito suspicari licet septem olim fuisse sermones, uti videre est apud editores Benedictinos in illorum præfatione circa finem (b) et in nota b ad lib. vi, cap. v, num. 25 (c); sed in hac hypothesi, quia brevior est sermo ille, qui septimus dicendus esset, non nihil truncatus videretur. Quidquid sit de ista conjectura, auctor librorum de Sacramentis ita auspiciatur librum primum, ut manifeste monstrat tunc primum, se incipere de Sacramentis tractare; et verba: De Sacramentis quæ accepistis, sermonem adorior, cujus rei rationem non oportuit ante præmitti. Atque ille, qui alibi semper sequentem sermonem cum præcedenti, sive expressis verbis sive per repetitionem connectit, nihil prorsus in sermone primo de Sacramentis dicit, quo vel leviter indiget se pridie integrum tractatum de *mysteriis* habuisse! Ast, inquit Oudinus

(d), reclamari primum (seu librum de *mysteriis*) a secundo (seu libro primo de Sacramentis) videamus, nam de aliis dubium nullum est. Hæc verba sunt sermonis secundi (alias libri primi de Sacramentis): « Et ecce quasi columba, Spiritus Sanctus descendit. Non columba descendit, sed quasi columba. Memento quid dixerim: Christus carnem suscepit, non sicut carnem, sed carnis istius veritatem, vere carnem suscepit. Spiritus autem Sanctus in specie columbæ, non in veritate columbæ, sed in specie columbæ. » Alludere dicit Oudinus tractatorem ad sermonem, ut ipse dicit primum, de *Mysteriis*; nos vero illa verba, memento quid dixerim, interpretamur dicta ad acendum præsentium attentionem, nempe ut recte intelligant differentiam inter columbam et quasi columbam, quam similitudine quadam desumpta et mysterio *Dominicæ Incarnationis* evoluit, ut legendi manifestum fit.

20 Ast aliam prorsus significationem tribuit hisce verbis Oudinus, qui verba, memento quid dixerim, referenda esse asserit ad librum de *Mysteriis*, et quidem ad cap. iv, quem late recitat, et ubi eo minus auditores inventuros fuisse, quæ illic latitare dicit

(a) De Scriptt. Eccles., t. I, col. 1835. — (b) Ambros., t. V, p. 208. — (c) Ibid., p. 246. — (d) De Scriptt., t. I, col. 1834.

Oudinus, æstimo, quo difficilius etiamnum ab oculatis, commentario instructis, id fieri assevero. Et ne fucum hic facere videar, en verba S. Ambrosii ad quæ alluisse dicitur auctor librorum de Sacramentis, commentantis verba Joannis I, 32 (e): Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam, hæc dicit: Et hic quare Spiritus sicut columba descendit, nisi ut tu videres, nisi ut tu agnosceres columbam etiam illam, quam Noe justus emisit ex arca, istius columbæ speciem fuisse, ut typum agnosceres sacramenti? Et fortassis dicas: Cum illa vera columba fuerit quæ emissa est, hic quasi columba descenderit, quomodo illic speciem fuisse dicimus, hic veritatem; cum secundum Græcos in specie columbæ Spiritum descendisse sit scriptum? (Græcus textus Lucæ cap. III, v. 22 habet: Καταβῆναι, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῶς εἶδει, ὡσεὶ περιστέρων, ἐπ' αὐτόν.) Sed quid tam verum quam divinitas, quæ manet semper? Creatura autem non potest veritas esse, sed species, quæ facile solvitur atque mutatur. Simul quia eorum, qui baptizantur, non in specie esse debeat, sed vera simplicitas.... speciem autem et pro veritate accipiendam legimus et de Christo: Et specie inventus ut homo; et de Patre Deo: Neque speciem ejus vidistis. Conferenti utrumque locum citatum evidens fit, non potuisse auctorem librorum de Sacramentis, quando dicit, memento quid dixerim, indigitare locum citatum e libro de *Mysteriis*, proinde tractatum de Sacramentis nullatenus reclamare librum de *Mysteriis*.

21 Refutatis critici nostri rationibus, æquum est monstrare varia esse, quæ diversum utriusque operis auctorem indicant. Imprimis differunt inter se baptismatis ceremoniæ ab utroque præsele usurpatæ. Etenim auctor librorum de Sacramentis lib. I, cap. I (f) late quærit cur nares baptizando tanguntur, dum S. Ambrosius nihil hujus modi in suo de *Mysteriis* libro cap. I habeat, sed simpliciter, dicat tactum oris omitti in fœminis. Habet dein S. Ambrosius lib. de *Mysteriis* cap. VI: Post hæc utique (post baptismum) ascendisti ad sacerdotem: considera quid secutum: nonne illud quod ait David: Sicut unguentum in capite pedis descendit in barbam Aaron. Ps. cxxxii, v. 2. Quibus verbis indicat Sanctum sacramentum confirmationis fuisse colatum. Post confirmatis sacræ signaculum sequitur pedum lotio: Omnes in regnum Dei et in sacerdotium unguimur gratia spiritali. Ascendisti de fonte; memento evangelicæ lectionis. Etenim Dominus noster Jesus lavit pedes discipulis ejus, etc. Deinde totum hunc locum concludit his verbis: Accepisti post hæc vestimenta candida, etc. Verum alio prorsus ordine adimplet baptismi solennitates, qui libros de Sacramentis conscripsit: nam lib. III, cap. I (g) post baptismum, nullo ritu intermedio, sequitur pedum lotio: Ascendisti de fonte, quid secutum est?... Succinctus summus sacerdos pedes tibi lavit, etc.; capite seq. post explanatum pedum lotionem: sequitur spiritale signaculum, quod audisti hodie legi, etc. Qui ceremoniarum ordo quam alius sit ab Ambrosiano, nemo non viderit. Contendit quidem Oudinus (h) hic agi vel agi posse de unctione presbyterali, quæ neo-baptizatis fiebat per sacerdotem secundi ordinis, quæque post S. Gregorium Magnum introducta auctorem designat septimo sæculo recentiorum. Verum data etiam Oudini argumentatione, quam nullatenus probo, remanet tamen, quod hic caput rei est, differre scilicet utrumque tractatum in ordine et successione rituum. In argumenti nostri confir-

AUCTORE  
J. V. H.

E

F

Monstratur  
diversus esse  
ritus in utro-  
que opere:

(e) Ambros., t. V, p. 188. — (f) Ibid., p. 200. — (g) Ibid., p. 222. — (h) Scriptt., t. I, col. 1854 et seq.

AUCTORE  
J. V. H.

mationem adduci possent alia, ut sunt diversitas versionis Sacrae Scripturae, unctio ante renuntiacionem, Sanctissima Missa sacrificii initium, etc. Quae omnia monstrant non unum eundemque auctorem esse utriusque tractatus.

citatur uterque liber nono saeculo

22 Atque hisce praemissis, jam mediam confecimus viam. Nunc ostendendum venit, libros de Sacramentis, licet S. Ambrosio Mediolanensi adscribendi non videantur, tamen S. Ambrosio Cadurcensi minime tribuendos esse: quo confecto, manifestum fiet, neque tractatus de Mysteriis illum auctorem esse, nisi quis dicere velit ectypon typo antiquius esse. Argumenta, quibus Oudinus singularem suam sententiam fulcire conatur, sunt duplicis generis: videlicet propter nominis identitatem facilis fuit confusio Mediolanensis cum Cadurcensi Ambrosio, cap. VI, num. 2 (a): dein characteres omnes hisce opusculis convenientes apprime S. Ambrosio Cadurcensi aptari possunt ibidem num. 3 (b). Ast, quae, quo tempore haec nominum confusio orta est? Oriri potuisse inquit Oudinus inter saeculum octavum et duodecimum, siquidem dicat loco citato: MSS. codices qui plurimi in bibliothecis reperiuntur, vel anonymi sunt, vel cum nomine simpliciter Ambrosii vel Sancti Ambrosii, nullique, qui adjiciant vel determinant Mediolanensis episcopi vel archiepiscopi. Neque etiam quod sciam, ante Algerum et Hugonem Victorinum saeculo XII medio scribentes, ullus expresse sub Ambrosii Mediolanensis archiepiscopi nomine adduxit. Expresse quidem Sancto Mediolanensi episcopo tributos non fuisse facile concesserim; verum quid inde? Numquid propterea Cadurcensi pontifici adscribemus? Idque praesertim cum saeculo nono jam Mediolanensium praesul indigitur, uti satis constat ex S. Paschasii Ratherti tractatu De corpore et sanguine Domini in praefatione (c). Nemo enim cordatus dubitabit de Ambrosio Mediolanensi agi in sequentibus verbis: Haec autem ut securius tua perlegat infantia placuit, charissime, catholicos Ecclesiae Doctores in principio adnotari: ex quibus pauca de pluribus, quasi lac teneritudinis eliquaverimus, Cyprianum scilicet, Ambrosium, Hilarium, Augustinum, Joannem, Hieronymum, Isidorum, Hesichium et Bedam. Nodum in scirpo quaerere diceretur, quisquis dubitaret hic Paschasium loqui de Cypriano Carthaginensi, de Hilario Pictaviensi, de Augustino Hipponensi: quis igitur inficias ibit, agi hic quoque de Ambrosio Mediolanensi; maxime quum ordine quasi chronologico inter citatos Doctores Ecclesiae reponatur? Hisce rationibus monumentum quoque addit, quod Paschasius Rathertus suum tractatum scribens circa annum 831 (uti constat ex Walae abbatis exilio), ut in praefatione insinuat, id est, vix triginta annis post mortem S. Ambrosii Cadurcensis, si chronologiam ipsius Oudini sequamur, non posuisset ejus nomen in mediis Doctoribus supra laudatis, si intelligi potuisset de Cadurcensi episcopo tunc vix cognito.

sub Ambrosii Mediolanensis nomine.

23 Idem etiam valet pro Ratramno, qui Ambrosium suum Sanctum Doctorem appellat, quod Ambrosio nostro Cadurcensi recens defuncto simpliciter, non convenit. Ast cum ille librum de Mysteriis tantum citasse videatur, non est quod immoremur (d). Quinimmo ipse Oudinus victas veritati manus dare videtur, quum circa finem num. 2 citati (e) dicit: Legentes igitur Paschasius et Ratramnus cum aliis sequentibus, nomen Ambrosii episcopi vel Sancti Ambrosii, neque Ambrosium Cadurcensem episcopum de fama vel nomine noscentes, oscitanter

ac inadvertentes tractatus istos Ambrosii Mediolanensis opinati sunt. Idem circa finem num. 3 citati repetit, ne memoria excidat: Saeculo jam nono, Ratramni atque Paschasii temporibus, haec opuscula esse Mediolanensis archiepiscopi, ac tamquam genuina illius, ab utroque citata credebantur. Fatetur igitur Oudinus Paschasium et Ratramnum, dum Ambrosium nominant, intelligendos esse de Mediolanensi episcopo: quorsum igitur dicit nullum expresse hos tractatus sub nomine Mediolanensis archiepiscopi adduxisse, si ita scripserint, ut non nisi de hoc episcopo intelligi possint? Abest igitur omne confusionis periculum, quando Ambrosii aut Sancti Ambrosii, nullo alio adjecto titulo, nomen dictis tractatibus praefigitur: constat enim, ipso Oudino iudice, Mediolanensem antistitem designari. Rem demum conficit quod narrat Joannes Mabillon in suo Museo Italico T. I, P. II (f) esse in monasterio Sangallensi codicem litteris majusculis ab annis mille exaratum: igitur cum Mabillonius librum suum ediderit anno 1687, tractatus de Sacramentis ante S. Ambrosii Cadurcensis tempora jam exstisset. Oudinus loco citato urget suum argumentum ex eo quod S. Ambrosio Mediolanensi tributum fuerit opus de Conflictu vitiorum et virtutum, quod tamen ad Ambrosium Aubertum, abbatem S. Vincentii ad Vulturnum, saeculi VIII scriptorem, pertinet: potuit itaque eidem Mediolanensi episcopo adscribi tractatus S. Ambrosii Cadurcensis. Licet ex ejusmodi similitudine desumptum argumentum non valide stringat; respondemus imprimis hoc non adeo provenisse ex confusionis facilitate, quam ex ignorantia veri auctoris; nam non solum S. Ambrosio, sed etiam SS. Augustino, Leoni, Isidoro adscriptus fuit tractatus de Conflictu vitiorum, ut habent editores operum S. Augustini (g); dein hic error invaluit post saeculum XI; nam chronographus S. Vincentii disertis verbis asserit Aupertum composuisse librum de Conflictu (h): non mirum igitur posterioribus saeculis invaluisse aliquem errorem. Ast de S. Ambrosio Cadurcensi, si fidem Oudino praestamus, ipsi ejus aequales tribuissent opus alteri. Atque haec de confusionis facilitate dicta sunt.

24 Neque felicior est criticus noster in characterum convenientia dijudicanda, quae altera probationis pars est. Nititur primum monstrare Oudinus cap. IV et V (i) suae dissertationis Gallum quemdam esse scriptorem utriusque tractatus: Tria sunt, inquit, ex quibus Gallum aliequem episcopum fuisse horum tractatum vel sermonum scriptorem, aperte colligimus: 1° Ex pedum lotione in neophytis, quam in baptismo apud Ecclesiam in usu fuisse confitetur; 2° ex conformitate Liturgiae et aliorum Romanae Ecclesiae in Sacramentis rituum, quam pariter amplectebatur; 3° ex gallicismis latine barbaris, quibus omnes isti sermones respersi sunt. Premamus critici nostri vestigia, ast inverse aliquantum ordine. Quae de gallicismis latine barbaris objicit, nimium probant, proindeque nihil: probarent scilicet tractatus non adeo ad saeculum VIII aut IX pertinere, quam ad initium saeculi XVIII referendos esse, cum pleraque locutiones gallicae, quas latinis opponit, ita huic aevi propriae sint, ut ante hoc tempus in usu non fuerint, et postea obsoleverint. Legat praeterea lector cap. IV, num. 3, ubi nonnumquam pro praetensa concordantia patentem diversitatem inter utrumque idioma reperiet; fatebiturque citatas phrases non magis gallicos idiotismos esse, quam italicos, hispanicos aut etiam germanicos. Tandem in falso, ut vulgo dicitur, supposito haeret Oudin

(a) Scriptt., t. I, col. 1858. — (b) Ibid., col. 1860. — (c) Bibl. PP., t. XIV, p. 730. — (d) Vid. Hist. lit. de la France, t. IV, p. 138. — (e) Scriptt., t. I, col. 1839. — (f)

P. 4 et 7. — (g) T. VI Op. Append., p. 219. — (h) Act. SS. Ord. S. Ben. saec. III, part. II, p. 263, n. 7. — (i) Scriptt., t. I, col. 1845.

A *dinus, quasi vigeret sæculo VIII usus linguæ gallicæ, prout nunc floret: dicto sæculo lingua, qua utebantur Galliarum incolæ, latina erat corrupta variis idiomatibus sed præsertim Teutonica (a). Quinimmo etiamsi daremus linguam gallicam, prout hodie floret, viguisse in regno Merovingiorum, necdum tamen valeret illatio pro Aquitania, quæ usque ad Pippinum regem, sub quo vixit S. Ambrosius Cadurcis, magis erat Visigothis atque Sarracenis subjecta; felicior profecto fuisset Oudinus, si in Sancti Ambrosii sermonibus idiotismos arabicos aut gothicos assignasset.*

sive lotio pedum post baptismum usitata,

25 Oudinus porro tamquam propriam et singularem Ecclesiæ Gallicanæ ceremoniam profert lotionem pedum in baptismo; atque hinc deducit utrumque tractatum ad episcopum quemdam Gallicanum pertinere. Verum hæc supra num. 17 ita refutata sunt, ut hic repetenda non veniant. Latius hic expendendum est, quod criticus noster dicit de conformitate Liturgiæ et aliorum Ecclesiæ Romanæ in Sacramentis rituum. Verum quisquis vel obiter tractatus de Mysteriis et de Sacramentis percurrerit, facile sibi persuadet hos libros ad quartum potius aut quintum, quam ad octavum sæculum pertinere. Quis enim cum disciplinam arcani stricte servandam, multitudinem adultorum baptizandam, instans persecutionis periculum, de lingua dissertationes, impugnatas quarti quintique sæculi hæreses Arianorum, Jrisicillianistarum, Macedonianorum, et id genus alia viderit, quis inquam, sibi persuadet hos libros medio sæculo octavo exaratos fuisse? Hæc abunde sufficienter ad convellendum Oudinianum systema. Sed Oudinus ex his verbis lib. III de Sacramentis cap. I, Non ignoramus quod Ecclesia Romana hanc consuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus sequimur et formam; ita ratiocinatur cap. v num. 3 (b): Anonymus hic Gallus sequitur ordinem Romanum in omnibus baptismi ritibus, excepta lotione pedum, ut diserte ipse inquit. Cum vero opusculum istud ordinis Romani conscriptum sit, postquam Romani Pontifices, iugo Longobardorum, mediantibus Galliarum regibus Pipino et Carolo Magno, exempti sunt: liquet Anonymum qui eum sequitur, qui imitatur, claruisse non nisi sub sæculi octavi finem. Hæc Oudini conclusio. Sed abutitur criticus hisce vocibus, quibus scriptor dicit se typum Ecclesiæ Romanæ in omnibus sequi, quasi per hæc verba indigaret Ordinem Romanum, qualis sæculo octavo exstitit. Si enim hoc sensu intelligendus esset scriptor, non subjunxisset paulo post, quasi potestatem habens circa ritus: In omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam; sed tamen et nos homines sensum habemus; ideo quod alibi rectius servatur, et nos rectius custodimus. Si Ordo Romanus jam tum, consentiente utraque potestate, receptus fuisset, quis episcoporum ausus fuisset ejus ritus ad examen revocare, et suo solius arbitrio subicere?

C *26 Ast si conferamus ritus Ordinis Romani (c) cum iis quæ in libris de Sacramentis describuntur, videbimus magnam inter utrosque intercedere differentiam. Quædam tantum hic notanda sunt, ne nimium excurret oratio. In libris de Sacramentis nulla fit mentio litaniarum, benedictionis et immersionis cerei paschalis in aquam, quæ omnia in Ordine Romano reperiuntur (d): alia sunt interrogationes desumptæ ex symbolo, alia forma confirmationis: hæc sufficiunt ad monstrandum scriptorem*

sive conformitas cum Ordine Romano,

Ordinem Romanum præ oculis non habuisse. Urgetur vero Oudinus adhuc pressius, quia in citatis libris ne Gallicanus quidem Ordo exhibetur: unde consequitur scriptorem ad Gallias non pertinere. Etenim lib. I de Sacramentis cap. II (e) duplex est abrenuntiatio baptizandorum, dum in Veteri Missali Gallicano (f), edito per virum non minus doctrinam quam sanctitate insignem, B. Josephum Mariam Thomassium cardinalem, una tantum reperitur, quemadmodum et in Sacramentario Gallicano sæculi VII apud Martene (g). In aliis vero plerisque ritualibus Galliarum tres renunciationes signantur, ut habet laudatus Martene loco citato. Octavo autem sæculo videtur ubique viguisse in Gallia consuetudo ternæ abrenuntiationis, uti patet ex Concilio Liptinensi anni 743 (h), et ex aliis monumentis, quæ affert Cl. Antonius Binterim, vir tot laudandus nominibus, in suo erudito opere germanico de Antiquitatibus Ecclesiæ Catholicæ (i).

27 Juvat huc conferre alium ritum in Ecclesia Gallicana servari solitum, de quo tamen in libro de Sacramentis nihil dicitur. S. Gregorius Turonensis lib. I de Gloria Martyrum cap. XXIV (k) habet: Tunc cum exorcismo sanctificatam aquam, conspersum desuper chrisma, omnis populus cum devotione haurit. Atque hujusmodi conspersio non tantum in Hispania, de qua loquitur Gregorius, usitata erat; sed eandem videre quoque est tum in Gothico (l) tum in veteri Gallicano Missali (m), quod edidit laudatus supra B. Josephus Thomassius. Nihilominus noster qui, Oudino divinante, Gallus esset, hunc quoque ritum omnino omisit, lib. I de Sacramentis cap. v (n); nam aquæ baptismalis consecrationem describens, de chrismate tacet. En ejus verba: Nam ubi primum ingreditur sacerdos, exorcismum facit secundum creaturam aquæ, invocationem postea et precem defert, ut sanctificetur fons et adsit præsentia Trinitatis æternæ. Omnino accurate tum hunc, tum alios ritus evolvit auctor: ejus itaque silentium præjudicium creat non facile oblitendum, scilicet in sua Ecclesia gallicanam hanc consuetudinem non viguisse. Quod etiam confirmatur ex eo, quod in laudato loco totus sit in evolendo cur Christus prius descenderit et postea Spiritus Sanctus venerit: si enim ritus chrismatis servatus fuisset, nullus dubito quin ad hunc allusisset auctor, cum apud SS. Patres vulgaris sit metaphora chrismatis ad Christum. Conferenti ritus in libris de Sacramentis descriptos cum iis, qui in libris ritualibus Gallicanæ Ecclesiæ reperiuntur, varia alia occurrent ex quibus manifestum fiet hos sermones adscribi non posse alicui Gallo, qui sæculo VIII vixerit et proinde abjudicandos esse S. Ambrosio Cadurcensi. Si itaque libri de Sacramentis Sanctum nostrum Cadurcensem non habent auctorem, quanto minus tractatus de Mysteriis, qui ob rationes, quas late deducunt editores Benedictini in prologo, ad hunc librum præmisso, alique complures etiam ex heterodoxis, non immerito inter genuina S. Ambrosii Mediolanensis opera recensetur. Quod quidem iudicium confirmatur ipso opere: quum nonnulla, quæ in eo reperiuntur, liturgica, Mediolani adhuc partim vigeant, et ritus baptismales, quales in Actis synodorum Mediolani sub S. Carolo Borromæo habitatarum (o) describuntur, in hoc tractatu fundentur.

AUCTORE J. V. H.

aut Gallicano Veteri.

28 Cum itaque libri de Sacramentis S. Cadurcensem episcopum auctorem certo non habeant, Mediolanensem vero habere non videantur; longius

B

F

Concluditur incertum esse quæsitum de Sacramentis fuerit auctor

(a) Cfr. Hist. litt. de la Fr., t. IV, p. 139. — (b) Scriptt. t. I, col. 1854. — (c) Bibl. PP., t. XIII, p. 639. — (d) Ibid., p. 693 et seqq. — (e) Ambros., t. V Op., p. 240. — (f) Thomassi Cod. Sacram., p. 475. — (g) De Antiq. Eccl. rit., t. I, p. 65. — Edit. Venet. 1783. — (h) Harzheim Conc. Germ.,

t. I, p. 51. — (i) Denkwürd. der Christ-Cathol. Kirche, t. I, part. I, p. 94. — (k) Bibl. PP. t. XI, p. 837. — (l) Cod. Sacram., p. 334. — (m) Ibid., p. 475. — (n) Ambros., t. V Op., p. 213. — (o) Act. Eccl. Mediol., p. 110.

AUCTORE  
J. V. H.

*progressi quidam, indagare tentarunt, quis librorum de Sacramentis scriptor habendus esset. Varii varias secuti sunt sententias. Benedictini in Prologo ad lib. de Sacramentis (a) propendere videntur ad opinionem Godefredi Hermant in Vita S. Ambrosii (b), censentis dictos libros ad aliquem e discipulis hujus Sancti, qui non multo post ipsum Mediolanensi praeferit Ecclesiae, pertinere. Quominus secundum ipsum feramus suffragium, id praecipue impedit, quod auctor lib. III cap. I profiteatur se in ritibus sacris sectari velle vestigia Ecclesiae Romanae (c): Non ignoramus, inquit, quod Ecclesia Romana hanc consuetudinem non habeat, cujus typum in omnibus sequimur et formam; hanc tamen consuetudinem non habet, ut pedes lavet... In omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam; sed tamen et nos homines sensum habemus, ideo quod alibi rectius servatur, et nos rectius custodimus. Ex his verbis manifestum est, scriptorem sequi ritus Romanos tum vigentes, uno addito, scilicet pedum lotionem. Quum igitur notum axioma sit: Exceptio firmat regulam; concludendum est ceremonias reliquas omnes apprimere concordare cum typo et forma Ecclesiae Romanae. Sed hujusmodi conformitas convenire non potest ritui Ambrosiano, qualis omni tempore, etiam ante S. Ambrosium existit. Nobis desunt libri rituales, ut latius haec evolamus. Unum hic adferam, quo aliqui ritum Mediolanensem subodorari putarunt: habet auctor lib. IV de Sacramentis cap. V (d) hanc formam consecrationis panis: Accipite et edite ex hoc omnes: hoc est enim corpus meum, quod pro multis confringetur. Hanc formam Ambrosianam esse dicit Pamellius tomo I Liturgiae Latinae. Verum in omnino negat Muratorius apud Augustum Krazer (e): Rogavit (Muratorius), inquit, virum Cl. Josephum Antonium Saxium, bibliothecae Ambrosianae praefectum, ut ex omnium antiquissimo Missali Ambrosiano canonem Missae ad se transmitteret. Consuluit ille codicem membranaceum vetustissimum, cujus antiquitatem ad saeculum IX vel X pertinere arbitrabatur; et VERBA consecrationis cum Romanis eadem, TOTUMQUE CANONEM Romano similem invenit. Hinc verisimile est Pamellium ab auctore libri de Sacramentis fuisse deceptum, qui olim S. Ambrosio fuerunt attributi, nunc autem antistiti Mediolanensi a criticis emunctae naris rectius abjudicantur. Magni hoc est momenti; agit enim de forma sacrosancta, quae vix unquam mutatur semel assumpta: unde hoc solum argumentum probabile facit iudicium illorum, qui negant ad aliquem Mediolanensem episcopum dictos libros pertinere. Frustra alium quemdam auctorem quaereremus in illa librorum liturgicorum penuria, quam patimur: nisi enim liber ritualis reperiretur, cujus ceremoniae accurate cum ritibus ab Ambrosiastro expressis convenirent, non video quomodo quid certi pronuntiari posset, et circa horum librorum scriptorem, et circa tempus, quo vixerit. Coronidis tamen loco adjungam Robertum Sala, Cisterciensem, in sua editione Operum cardinalis Bona suspicari, auctorem librorum de Sacramentis fuisse S. Maximum Taurinensem (f); sed praeter nudam conjecturam nihil affert Sala, quo opinioni suae aliquid roboris addat. Nihil quoque luminis mihi attulit nova editio Operum S. Maximi, Romae anno 1784 adornata.*

B

C

D

#### § IV. S. Ambrosius, detectus caelesti iudicio, Romam proficiscitur et in reditu obit.

**V**idimus § II, S. Ambrosium Cadurcensem ita reliquisse episcopalem dignitatem, ut eandem postea resumere noluerit. Malitia plebis regendae causa est canonica dimittendi episcopatus. Quamvis autem Sanctus secretum voluerit suae solitudinis locum, non dubium tamen est, voluntatem deponendi pontificalis oneris populo Cadurcensi innotuisse, unde rite procedere poterit ad electionem ejus successoris. Nam viventi S. Ambrosio alium episcopum subrogatum fuisse, manifestum fit e Vita num. 9, in qua legitur, inventa clavi in pisce, S. Ambrosius dixisse discipulo suo: Vade in civitatem ad episcopum: erat igitur alius episcopus S. Ambrosio substitutus. Atque hoc etiam ab antiqua Ecclesiae disciplina non abluere testis est nobis S. Gregorius Magnus, in cuius Vita, a Joanne Diacono scripta (g), legitur: Pontificibus voluntarie suis renunciantibus sedibus, successores Gregorius nullo modo denegabat, eosque postmodum de relictis relictae Ecclesiae sufficienter nutriendos esse censebat. Voluntariae cessionis mentionem facit quoque S. Augustinus lib. II, contra Cresconium cap. XI (h), quando dicit: Neque episcopi propter nos sumus, sed propter eos, quibus verbum et sacramentum Dominicum ministramus; ac per hoc ut eorum sine scandalo gubernandorum sese necessitas tulerit, ita vel esse vel non esse debemus, quod non propter nos, sed propter alios sumus. Denique nonnulli sancta humilitate praediti viri, propter quaedam in se officinula, quibus pie religioseque movebantur, episcopatus officium non solum sine culpa, verum etiam cum laude poseuerunt. Ad has rationes accedit Waifarium, sedente S. Ambrosio, occupasse Aquitaniam, de quo haec scribit Eginhardus de gestis Pippini regis (i): Waifaricus dux Aquitaniae, cum res, quae in sua potestate erant, et ad Ecclesiam sub manu Pippini regis constitutas pertinebant, rectoribus ipsorum venerabilium locorum reddere noluisse, ipsumque regem, de hisce per legatos suos commonentem, audire contemneret, contumacia sua ad suscipiendum contra se bellum concitavit. Nam rex, contractis undique copiis, Aquitaniam ingressus, se res ecclesiarum bello exacturum pronuntiavit. Hujusmodi autem Ecclesiarum vastationes causam olim praebuisse dimittendis vestationibus, testis jam nobis fuit S. Ado in suo Chronico (k). Nihil igitur miri et S. Ambrosium ob similem causam similiter episcopalem cathedram alteri reliquisse. De universo autem praesenti argumento, utiliter consuli potest Ludovicus Thomassinus in opere de Disciplina Ecclesiastica, part. II, lib. II, cap. LII, ubi plurima proponit exempla episcoporum Galliae, qui his fere temporibus sedes suas reliquerunt.

30 Gulielmus de la Croix (l) successorem S. Ambrosii ponit Aymatum, cujus episcopatum probat ex diplomate consecrationis altaris monasterii Anianensis, in diocesi Magalonensi, quae celebrata dici-

S. Ambrosio  
secedenti

E

F

aliter sufficitur  
episcopus,

(a) Ambros. Opp., t. V, p. 206. — (b) Hermant Vie de S. Ambroise. Eclairciss., p. 30. Cfr. Le Brun Explic. de la Messe, t. III, p. 25. (Edit. Paris 1777 83) qui censet scriptorem esse saeculi VI. — (c) Ambros. Op., t. V, p. 222. — (d) Ibid., p. 232. — (e) De Antiq. Liturg., p. 631. — (f) Stor.

litt. d'Ital., t. IV, p. 76. Cfr. le Brun Explic. de la Messe, t. III, p. 210. — (g) Act. SS. XII Mart., p. 194, n. 39. — (h) T. IX Oper. Col. 415. — (i) Ap. D. Bouquet, t. V, p. 199. — (k) Pertz. Monum. Germ., t. II, p. 349. — (l) Ser. Episc. Cadure., p. 43.

A tur anno decimo Caroli Magni regis, a Leone papa III, presentibus trecentis sexaginta sex episcopis: inter hos vero episcopos reperitur Aymatus episcopus Caorsensis, seu Cadurcensis. Verum illud monumentum, quo uno fulcitur Aymati episcopatus, merito exploditur ab eruditis. Nam annus decimus quartus Caroli regis concurrat cum anno Christi 781 aut sequenti, quo certe tempore non Leo III sed Adrianus I Romanam cathedram tenebat: quare Gulielmus laudatus pro anno Caroli decimo quarto ponit trigesimum quartum, arithmetica nota, inquit, prima tantisper immutata, an verius restituta. Verum ne hoc quidem calculo ad annum Christi 804, quo Leo papa in Gallias venit, attingeret, nisi initium Caroli regis anno Christi 769 illigaret; sed impingit in scopulum Gulielmus: nam Carolus anno precedenti successerat patri suo Pippino. Omissis vero his trivis chronologicis, aliunde constat Leonem Papam, quando in Galliis versabatur, Aquitaniam ingressum non fuisse: habent enim Annales Metenses (a) sequentia: Medio Novembrio nuntiatur est ei (Carolo Magno, anno 804) Leonem Papam Natalem Domini cum eo celebrare velle, ubicumque illi placuisset. Quod rex gratanter suscepit; et statim, misso filio suo Karolo ad Sanctum Mauricium, eum suscipere honorifice precepit. Ipse vero obviam illi apud Remorum civitatem, in basilica B. Remigii episcopi et Confessoris, profectus est: ibique susceptum ad Carisiacum usque perductum, cum eo ibi Natalem Domini celebravit. Inde pariter proficiscentes, pervenerunt ad Suessionis civitatem, in qua dimisso Papa, ad colloquium germanæ suæ Gislæ, quæ in his diebus aegrotabat, ad Calam monasterium pervenit: fructusque ejus colloquio, ad Carisiacum villam Leonem Papam, quem apud S. Medardum dereliquerat, sibi obviam venire fecit. Deinde Aquis perduxit, et honoratum magnis muneribus, per Bajoariam ire volentem, a suis duci fecit usque Ravennam.... Mansit apud illum (Imperatorem) dies octo, et, sicut dictum est, Romam repedavit. Ex hac narratione apparet fabulosum esse documentum Anianense et proinde nullo testimonio niti episcopatum Aymati, de quo agit Gulielmus de la Croix (b).

cujus nomen nescitur:

B C 31 Ignotus itaque dicendus est episcopus Cadurcensis, qui S. Ambrosio in solitudine secedenti successit: nisi fuerit Angarius, etiam Agarnus vel Avarnus appellatus. Is certe jam sedebat anno secundo regni Ludovici, Caroli Magni filii in Aquitania, id est anno Christi 783, ut videre est in Mabillonii Annalibus lib. xxv, § xxxix (c). Constat hoc ex diplomate Angarii, datum anno DCCLXXXIII Domini Ludovici secundo regis Francorum: recte notat Joannes Mabillon loco citato legendum esse pro 772 annum 783, qui recte concurrat cum anno secundo regni Ludovici Pii in Aquitania, utpote qui anno 781 ab Adriano papa rex Aquitanie unctus est Romæ, ut habent Annales Metenses (d). Angarius igitur, anno 783 jam Cadurcensis episcopus, vixit saltem ad annum XIX sæculi noni, uti constat ex membrana abbatiæ Figiacensis de permutatione cellulæ Jonante inter Angarium episcopum et Pippinum Aquitanie regem; cujus diplomatis hæc est subscriptio: Datum IV cal. Junii anno VI imperii Ludovici et VII regni nostri (e). Quum nemo sit inter eruditos, qui auctoritatem hujus chartæ neget, una solum superest difficultas, quo-

modo scilicet annus VI Ludovici Pii imperatoris concurrat cum anno VII regni Pippini ejus filii in Aquitania: nam Pippinus regnum orsus videtur post kalendas Novembris anni Christi 814, ut probat Mansi nota in Criticam Pagii ad annum 838, § 1; aliunde vero habemus exordium imperii Ludovici Pii duci a kalendis saltem Maii ejusdem anni. Igitur mense Maio præcedebat uno anno Ludovicus Pippinum: quare Cointius (f), merito suspicatur permutatas fuisse notas chronologicas, et annos, Ludovici septimum, Pippini regis sextum, legendos esse: quo casu dicendus esset Angarius sedem Cadurcensem occupasse anno vulgari 820. Si tamen aliquis malit legere Pippini annum quintum, nihil est quod obstet. Atque hæc de successore S. Ambrosii dixisse sat esto, quin tamen asserere possimus num inter Sanctum nostrum et Angarium aliquis fuerit episcopus medius.

E 32 S. Ambrosius, dimisso episcopatu, sive occulte, ut insinuat Vita ejus brevior Ms. e lectionario Cadurcino extracta (g), sive, quod probabilis est pro sua in Ecclesiam suam providentia, præmonito clero, ut alium ejus loco pontificem eligere posset, profectus est Romam ad visitanda SS. Apostolorum limina. Auctor Vitæ brevioris, paulo superius citatæ, dicit Sanctum nostrum invitatum a clero et populo ut pastorale officium iterum capesceret, fuisse causatum quod prius votum sibi solvendum foret, visitandi scilicet limina SS. Apostolorum atque in reditu in patriam obisse. De hujusmodi voto nihil habet Vita infra edenda: simpliciter in ea dicitur S. Ambrosius, recusato episcopatu, qui illi offerebatur, Romam abivisse. Addit nihilominus Ms. reginæ Sueciæ (h), respondisse episcopo successori: Tu, frater karissime, sedebis in locum tuum. Ego autem vadam Romam in nomine Domini mei Jesu Christi; si vero placuerit Domino meo, regrediar huc: sin autem, tu posside omnia: opus fac evangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. Videtur igitur Sanctus, solutus carcere voluntario, Romam abivisse non solum orationis, sed etiam consultationis causa: num scilicet onus pastorale iterum subeundum sibi esset, aut alia sibi quærenda foret solitudo. Si fides adhiberi potest tum Sanctoralibus Cadurcensibus, apud Gulielmum de la Croix (i), tum Vitæ breviori Lectionarii Cadurceni, Sanctus profectus est Romam, ea mente, ut postea Cadurcum reverteretur. Sanctoralibus habet: Ego vero Romam ibo, liminaque Apostolorum Petri et Pauli visitabo, quod si Deus huc me reverti permiserit, quod voluerit, præsto sum adimplere. Liquidius habet Lectionarium (k): Ad Apostolica limina Romam perrexit, tum Basilicam B. Martini Turonensis, sed in reditu in patriam occubuit. Ex his apparet Sanctum reipsa voluisse redire Cadurcum, ut ex consilio Romani Pontificis, aut populi sui regimen iterum assumeret, aut in solitudine orationi et poenitentia reliquum vitæ tempus impenderet.

F 33 Solemne erat Christianis omnibus, sed præsertim presbyteris, episcopis atque iis etiam, qui sanctioris vitæ desiderio tenebantur, visitare sacra limina Apostolorum, tum ut Sanctorum patrocinio adjuvarentur, tum etiam ut Romani Pontificis consiliis regerentur. Multa nobis exempla suppeditat antiquitas. Incertum porro est quantum temporis impenderit S. Ambrosius noster suæ Romanæ peregrinationi: cum tamen non videatur voluisse Romæ permanere, et in reditu visitaverit sepulcrum S.

AUCTORE  
J. V. H.

Sanctus Romam proficiscitur,

E

F

et in reditu obiit

(a) Ap. D. Bouquet, t. V, p. 352. — (b) Cfr. Coint. Annal. Fr. an. 805, § XI, t. VII, p. 35. — (c) T. II Annal. Bened., p. 249. — (d) Ap. D. Bouquet, t. V, p. 333. — (e) Gulielm. de la Croix Ser. Episc. Cadurc., p. 43. — (f) Ann. Franc.

an. 820, § xxvii, t. VII, p. 533. — (g) MS. Bibl. reg. Brux., n. 8014, fol. 22. — (h) Annot. ad Vit. — (i) Ser. Episc. Cadurc., p. 36. — (k) Lect. Moysiac. MS. sub n. 8014. Bibl. reg. Brux.

Martini

AUCTORE  
J. V. H.

*Martini Turonis, nihil nos cogit, ut plus quam biennium huic peregrinationi tribuamus: si itaque certo scirem quo circiter tempore Sanctus Cadurcensem suam solitudinem reliquerit, non valde difficile foret, tempus mortis certius figere. Nihil tamen impedit, donec tutiora sectari possimus, secessionem Sancti circa annum Christi 765 figere, quando Waifaricus maxime in Ecclesias Aquitanie debacchabatur: cum enim hujusmodi persecutiones Sanctus non objiciat, quominus ad sedem suam redeat, recte inferri potest, ejus exitum ex caverna post mortem Waifarici seu post annum Christi 768 accidisse: a quo per triennium solitudinis retrocedendo ad annum 765 devenimus. Romam profectus S. Ambrosius ad visitanda SS. Apostolorum limina, videtur voluisse dein Cadurcum reverti. Nam oblatas episcopales infulas ita acceptare renuit, ut tamen voluerit Sedem Apostolicam consulere: quod manifeste innuit Sanctorale Cadurcense apud Gulielmum de la Croix (a). Quum episcopus illi subrogatus dixisset: Domine et pastor bone, ego licet indignus in locum tuum subrogatus sum: quare rogo te, revertere ad domum tuam, et accipe sedem, rege populum tuum, atque esto in loco tibi preparato, quamdiu vixeris: ego autem alio proficiscar; tunc ad eum Ambrosius dixit: Regat interim Deus ecclesiam suam et populum tuum (suum?). Ego vero Romam ibo, liminaque Apostolorum Petri et Pauli visitabo, quod si Deus huc me reverti permiserit, quod voluerit, praesto sum adimplere: sin minus, tu omnia haec recte gubernas. Lectionarium Cadurcense Ms. sub num. 8014 Bibliothecae Regiae Bruxellensis dicit: Ad Apostolica limina Romam perrexit, tum basilicam beati Martini Turonensis; sed in reditu in patria occubuit decima sexta mensis Octobris ad Arbotum oppidum Bituricense. Jam insinuavimus supra num. 31 laudatum Lectionarium in quibusdam non concordare cum aliis scriptoribus, qui de S. Ambrosio egerunt, atque adeo non omnem fidem mereri: hinc igitur certo concludi non potest reipsa Sanctum in reditu ad civitatem suam fuisse, quando obiit. Sed alia sunt, quae suadent: ipsa imprimis ejus verba supra allata, quibus clare profitetur se rediturum: dein quo in via obiisse dicitur ab omnibus biographis.*

anno, ut videtur, 770,

C

*34 Unde probari non potest, quod habet Adrianus Baillet in Vita S. Ambrosii, cujus verba latine reddo: Inde (Turonis) secessit in pagum Bituricensem, et cellam sibi construxit in vico Serisio, supra fluvium Arnonem, quatuor circiter leucis Bituricis distanti. Similia quoque habent lectiones Breviarii Bituricensis, anni 1783 nobis humanissime communicatae a R. D. Figier canonico et secretario archiepiscopatus Bituricensis. Quibus consonant Proprium Sanctorum Cadurcense, ab Henrico de Briquerville editum (b), Auctores Historiae Ecclesiae Gallicanae (c), et Buller ad xvi Octobris. Multae sunt profecto auctoritates, quae rem suaderent, si idoneo fundamento niterentur; verum nihil de mora S. Ambrosii in pago Bituricino habent antiquiora monumenta, si fortassis Breviarium Bituricense, quod vetustissimum appellat Philippus Labbe in Bibliotheca Manuscriptorum (d), excipias; dicit enim: Post aliquod autem tempus Roma rediens, et in pago Biturico in vico Arnotensi moram faciens, per multas tribulationes expurgatus, gloriosum Deo spiritum reddidit: quamvis haec mora explicari possit de morbo supremo, qui coegit eum demorari in praefato pago. Deinde hoc Breviarium antiquitate inferius est Vita infra edenda, quae satis insinuat, meo iudicio, Sanctum nullam moram tra-*

*here voluisse in vico Serisio: Abiit Romam, reversusque est ad urbem Bituricam: cumque Ernotro vico advenisset, contigit eum dormire in Domino. Cum aliud documentum aequae antiquum sese non prodatur, atque satis presse auctores supra laudati antiquioris hujus Vitae vestigia sequantur, concludendum videtur Bituricensem commorationem conjecturam magis esse, quam historiam: quod satis apte probat Cadurcense Breviarium jussu Bertrand Du Guesclin episcopi circa medium saeculum decimum octavum editum: nam cum Proprium Cadurcense Henrici de Briquerville de la Luzerne in Lectionibus S. Ambrosii dixisset: Postmodum apud Bituriges contulit sese, et in pago tum temporis ignobili fixit domicilium, ibidemque vitam gloriosam finit; omissa domicilii Bituricensis mentione, habet Breviarium Cadurcense: Demum apud Bituriges Serisii, ad annum Arnoti, obiit. Neque id quidem immerito: si enim post Waifarici mortem S. Ambrosius ex caverna sua Cadurcensi prodiit, quod probabile numero superiori praediximus, non perspicitur quomodo apud Bituriges domicilium figere potuerit Sanctus, quem omnes dicunt circa annum Christi 770 obiisse; qui enim a Waifarici morte ad hoc tempus intercedunt bini anni, viae sufficientes sunt ad peregrinationem Romanam et Turonensem rite peragendam: tandem, ut supra dixi, non videtur Sanctus in mente habuisse ita relinquere patriam; ut numquam rediturus esset: de hoc solo dubitabat, num depositas infulas aliquando esset resumpturus. Certe unusquisque mecum consentiet verba Breviarii Bituricensis anni 1783 Sanctum multo tempore vixisse ignotum in vico Sericiaco apud Bituriges, nullum momentum historicum habere.*

*35 Jam dicimus recentiores omnes annum emortualem S. Ambrosii figere circa 770: cui tamen opinioni nemo antiquorum suffragatur: unde conjectando hic procedunt: conjecturae facile consentiam, dum tamen opinionem num. praecedenti utcumque firmatam amplecti velint, quam nisi secuti fuerint, non video quibus monumentis sententiam suam probare valeant. E contrario, admissa opinione nostra, chronologia Sancti recte procedit, et facile unusquisque perspiciet, tempus mortis S. Ambrosii vix distare posse ab anno Christi 770. Locus Sancti emortualis accuratius designatur in antiqua Vita: Cum Ernotro vico advenisset, contigit eum dormire in Domino. Est autem Ernotrum, etiam Ernodurum aut vicus Arnotensis dictum, vicus quatuor leucis africanus versus e civitate Bituricis distans, atque hodie a S. Ambrosio, Saint Ambroix sur Arnon, appellatur, in pago Carophino (Canton de Charrost, Département du Cher); ad hunc vicum ducebat via a Romanis olim strata, quae antiquum loci celebritatem satis demonstrat. Prope Ernotrum adjacet viculus Sericiacum (Seris) hodie Marats, in quo proprie S. Ambrosius defunctus est. Non tamen, ut mihi scribit R. D. Figier, canonicus Bituricensis, die xxii Novembris 1840, Sericiaci sepultus fuit, sed Ernotri in ecclesia, ubi clarescentibus miraculis, magnus populorum concursus habebatur: quin propterea verba Sanctoralis Cadurcensis admittere debeamus, quibus dicit: Post non multos dies illius loci incolae templum in honorem ipsius struxerunt, quod in hunc usque diem exstat. Scimus quidem Ernotrum nomen sibi mutuasse a S. Ambrosio, ast utrum in campo aperto sepultus Sanctus, postea templum nactus fuerit silent antiquiores; immo pro eo quod incolae loci extruxissent aedem sacram in honorem Sancti, longe probabilius est, in templo jam exstructo deposuisse sa-*

(a) Ser. Episc. Cadurc., p. 36.— (b) Gall. Christ. t. I, col. 151.— (c) Hist. de l'Egl. Gall., t. VI, p. 405.— (d) T. II, p. 346.

A *crum corpus. Cæterum citatum Sanctorale manifeste confundit sepulturam Ernotrensem cum Bituricensi; siquidem post allata verba subnectit: Est autem ibidem cœnobium, quod abbatia S. Ambrosii nuncupatur. Quod verum est de urbe Bituricensi, neutiquam de Viro Ernotrensi. Eundem errorem habet Albanus Butler, quamvis Adrianus Boillet utrumque locum apte distinxit.*

Transfertur  
S. Ambrosii  
corpus Bitu-  
ricas.

36 Cum corpus S. Ambrosii aliquamdiu Ernotri jacuisset, translatus fuit Bituricas, sæculo saltem decimo, ut satis constat ex diplomate Gaufridi vicecomitis Bituricensis, de quo jam egimus supra num. 2: nam quando reddidit anno 1012 monasterio S. Petri et S. Ambrosii Gaufridus quidquid amiserat, jam tum in dicta ecclesia requiescebat corpus sancti pontificis, idque monasterium Ambrosii nostri nomen præ se ferebat: quod utrumque ostendit, jam ante Gaufridi donationem translationem Reliquiarum celebratam, et, propagato ejus apud Bituricenses cultu, cœnobio novam appellationem S. Ambrosii inditam fuisse. Atqui hæc intra breve duodennium fieri non consueverunt. Unde merito ab auctoribus tempus translationis ad sæculum saltem decimum revocatur. Immo maxime probabile est sancti episcopi Reliquias sæculo jam nono Bituricas illatas fuisse: notum est enim illo sæculo propter metum Normannorum, Gallias dire vastantium, monachos sua cœnobio relinquentes cum Sanctorum Reliquiis in munitissimas quasque urbes confugisse. Certe Normannos graves fuisse Aquitaniam, atque adeo Bituricensi pago, multa antiqua monumenta nobis monstrant. In annalibus Vedastinis sub anno 889 (a) legimus Danos seu Normannos more suo Burgundiam, Neustriam atque partem Aquitaniam, nullo resistente, igne et ferro devastasse; similem calamitatem prædicant eundem Annales sub anno 898 (b): sub anno xxiii sæculi decimi refert Chronicon Flodoardi (c) Normannos Aquitaniam Averniamque deprædatis fuisse: unde quoque Rodulfus rex, anno xxx ejusdem sæculi, ait citatus Flodoardus (d) Nordmannos, qui Aquitaniam deprædationibus infestabant, uno prælio pene delevit; atque infestationem hanc in Aquitania per septem annorum spatia perseverasse testatur nobis Fragmentum historicum a Chesnio primum editum (e). Plura alia possemus asserere monumenta, quæ monstrarent pago Bituricensi exitiosos fuisse Normannos; unde probabile fit corpus S. Ambrosii, sæculo nono in finem vergente, aut decimo incipiente, intra urbem Bituricensem translatum fuisse: quod etiam inde aliquantum confirmatur, quoniam, si non tam ea fuga, quam ex pietate accidisset translatio, aliquod saltem solemnitatis mansisset vestigium superstes.

in templum  
S. Petri,

37 Ernotro Bituricas translatus corpus S. Ambrosii, in S. Petri conditum fuit. Ante Sancti obitum jam existisse hoc templum probatur ex sepultura Sigini circa medium sæculum octavum defuncti ut diximus supra num. 2. Crescente fidelium pietate erga S. Ambrosium, ab hoc nomen suum mutuata est ecclesia, quam cum conjuncto sibi claustro ita ex archivis describit Philippus Labbe (f): Est quidam locus prope muros urbis Bituricæ ad septemtrionalem plagam situs, Brisiacus nuncupatus, qui antiquitus in magno honore constructus, et in honorem B. Petri Apostolorum principis ac S. Ambrosii pontificis sacratus, atque maxima cætera canonicorum honorifice decoratus; sed irruente persecutione infidelium, pene ad nihilum est redactus. Sed etsi destruxerunt domicilia,

(a) Ap. D. Bouquet, t. VIII, p. 88. — (b) Ibid., p. 92. — (c) Ibid., p. 179. — (d) Ibid., p. 186. — (e) Ibid., p. 298. — (f) Bibl. MSS., t. II, p. 57. — (g) T. II col. 181. — (h) De

non tamen abstulerunt sanctitatem. Transacto namque multorum annorum curriculo, Gaufridus, vicecomes Bituricæ urbis, cum consilio et adiutorio omnium nobilium Bituricensis ducatus, magnifice reædificavit anno ab incarnatione Domini millesimo et duodecimo, villasque et alios honores S. Petri ac S. Ambrosii, quos injuste tenebat, ex præcepto regis [Roberti et domini Dagberti, Bituricensis archiepiscopi, reddidit (vide supra num. 3)... Eorum (canonicorum sæcularium devotione paulatim refrigescente, ... quum jam non circa altaris officia dediti essent; sed... essent per suam dementia clericali ordini deonestamento, illis expulsis, reverendus in Christo Pater ac Dominus, Dominus Petrus de Castra, Bituricensis archiepiscopus, vir omnibus veræ sapientiæ dotibus cumulatissimus, illic introduxit canonicos regulares, viros certe morum integritate insignes, et (ut ita dicam) ipsa probitate meliores, anno Dominicæ incarnationis MCLII quemadmodum idem Pontifex memoriæ prodidit in hæc verba: « Pastoris officii cura nos admo-  
» net sanctæ religionis bonum fovere semper et  
» diligere, eamque in ecclesiis a Deo nobis com-  
» missis sacerdotii nostri tempore, Deo auctore,  
» in melius propagare. Ea propter ego Petrus  
» Dei gratia Bituricensis Ecclesiæ archiepisco-  
» pus, salvandis animabus in civitate Biturica-  
» rum aliquod volens ordinare confugium, ubi  
» et mores corrigere et dignos pœnitentiæ fru-  
» ctus multi valeant Deo exhibere, ecclesiam  
» Sancti Ambrosii, Brisiacensis, de multa enor-  
» mitate ad normam et regulam canonicis ordinis  
» perducere curavimus, et in ipsa canonicorum  
» regularium ordinem secundum regulam Sancti  
» Augustini tenendum amodo constituimus. Quod  
» igitur piæ devotionis intuitu a nobis salubriter  
» est factum, religiosa nihilominus est sollicitu-  
» dine proseguendum. Proinde canonicum ordi-  
» nem secundum regulam B. Augustini præfata  
» S. Ambrosii Brisiacensis ecclesia perpetuo te-  
» neri et observari, auctoritate Bituricæ  
» Ecclesiæ et nostra, statuimus, nostrosque suc-  
» cessores, ut sæpeditam ecclesiam et hujus re-  
» ligionis institutum fovere semper et in melius  
» labore promovere, obnixè ac devote flagita-  
» mus, et ex parte omnipotentis Dei et Beati  
» Stephani Protomartyris admonemus, etc. »  
Quæ ne opus in immensum excresceret, reseca-  
vimus. Hucusque Philippus Labbe.

AUCTORE  
J. V. H.

E

F

38 Abbatiam, per Petrum de Castra sub Ordine canonico constitutam, recere prius abbates regulares, quorum primus fuit Godefridus, quem ab anno 1150 ad 1163 saltem gubernasse perhibent auctores Galliarum Christianarum (g). Lapsu temporis hæc abbatia in commendam redacta fuit, uti videre est loco citato. Sæculo decimo sexto, turbantibus Galliam Calvinistis, principis Condæ vicarius, Gabriel Montgomery, Bituricam ingressus est per portam S. Ambrosii, vi kal. Junii anni 1562, et pro more sectoriorum, altaria evertit, imagines sacras confregit, combussit Sanctorum Reliquias (h). Inter cæteras ecclesias, Calvinistarum furore destructas, annumeranda sunt monasterium et templum S. Ambrosii, imo ejus sacrum corpus, e feretro jam projectum, probabiliter flammis addicendum erat, quando Catholicorum industria ex impiorum manibus ereptum (i) in nova capsula collocatum fuit. Postea anno 1571 Ludovicus de la Mer de Matha, Alvernus, abbas com-

circa finem  
sæculi præce-  
dentis de-  
structum.

Thou Hist. univ., lib. xxx, t. III, p. 190. — (i) La Croix Ser. Episc. Cadurc. p. 34.

mendatarius



AUCTORE  
J. V. H.

mendatarius, dirutas ædes a fundamentis instauravit; quibus dein novus splendor accessit, quando anno 1634, sub Jacobo Maugis abbate commendatario, unitum fuit cœnobium congregationi Gallicanæ canonicorum regularium (a). Abbatia deinceps tranquilla perstitisse videtur, usquedum sub finem sæculi præcedentis sacra æque ac profana in Galliis turbata fuere: communem calamitatem experta quæ est S. Ambrosii abbatia, et in fiscum reipublicæ cessit. Divenditis ædibus, permansit tamen ecclesia usque ad annum hujus sæculi xxviii, quando et hæc solo æquata fuit, excepta abside, quæ et hodie inservire posset cultui catholico, si dominus fundi illam reddere vellet, cujus quidem rei nulla spes affulgere dicitur. Ad Reliquias Sancti quod attinet, perierunt, ut pleræque aliæ, in turbine, quin ad hunc usque diem illarum vestigium reperiri potuerit. Ante hoc tempus pars saltem Reliquiarum inclusa erat herma argenteo, qui in processionibus circumferebatur.

Sacellum  
iuxta Cadur-  
cum ædifica-  
tum profana-  
tur.

39 Serius, uti videtur, in Cadurcensem episcopatum invecus fuit cultus S. Ambrosii: nullum enim antiquius ejus monumentum occurrit, quam charta edita a Raymundo III (b), Panchelli dicto, qua vult ut in honorem S. Ambrosii patroni sui, quæ vox antiquiorem aliquanto devotionem designat, sacellum erigatur. En ejus verba ex Gulielmo de la Croix (c): Universis, etc., Raimundus Dei gratia Cadurcensis episcopus. Noveritis, quod nos cum venerabili capitulo Cadurcensis volentes et intendentes damna et pericula Ecclesiæ Cadurcensis, in capite et in membris, prout possumus et tenemur, evitare, et virtutem pro viribus procurare, volumus, ordinamus et statuimus, quod medietas fructuum ecclesiarum vacantium et vacaturarum in civitate et diocesi nostra Cadurcensi, illius anni quo vacabunt in posterum, cedentibus vel decedentibus rectoribus et capellanis seu perpetuis vicariis ecclesiarum earundem cedat: colligantur vero per certos canonicos eligendos per nos et capitulum nostrum prædictum singulis annis, quo reddere teneantur nobis et dicto capitulo de receptis et expensis certam et legitimam rationem. Ita quod imprimis et ante omnia, ad honorem Dei et Beati Ambrosii patroni nostri et olim episcopi Cadurcensis, de fructibus et bonis prædictis construat oratorium congruum et honestum, in loco, seu antro, vel spelunca, in qua vel quibus prope pontem veterem Cadurcensem juxta flumen Olti dictus Sanctus arcetam vitam dicitur duxisse longo tempore, et poenitentiam voluntariam peregrisse, prout indubitanter testantur miracula quam plurima, ibidem et alibi præstante divina gratia, ob ejus merita declarata.... In quorum fidem nos episcopus prædictus sigillo nostro una cum sigillo dicti Capituli has literas muniri fecimus. Nos vero Capitulum Cadurcense sigillum nostrum commune, una cum sigillo dicti Dom. Episcopi præsentibus appendimus. Datum Cadurei die Jovis ante festum Cathedralis S. Petri anno Domini mcccviii. Duplex nunc Romana Ecclesia celebrat festum Cathedralis S. Petri: die scilicet xv kal. Februarii et viii kal. Martii, propter sedem Romanam et Antiochenam: difficile igitur foret diem certum citato diplomati assignare, nisi constaret prius, ultra festivitas hic indicetur. Utraque cathedra celebratur quidem in antiquissimis martyrologiis, ut monstravit in suo Usuardo Sollerius noster; verum prius festum xviii Ja-

C

(a) Gall. Christ., t. II, col. 182. — (b) Non vero ii, ut vult La Croix, p. 158: Cfr Gall. Christ., t. I, col. 137. — (c) Ser. Episc. Cadurc., p. 171. — (d) Labbe, t. XI, part. I Conc. col. 749. — (e) Exstat bulla in Act. SS. xviii Jan., p. 182.

nuarii apud plures observaverat, ut liquet ex antiquis Sacramentario S. Gregorii Magni, Missali Gothico, etc.; dum alterum ab omnibus Ecclesiis semper retentum fuerit. Quod etiam confirmatur ex eo quod concilium Copriniacense (Cognac) in diocesi Burdegalinsi circa annum 1255 habitum, (d) inter dies feriatos ponat Cathedralis S. Petri, sed post Conversionem S. Pauli, et proinde mense Februario. Cum itaque Raimundus Cadurcensis simpliciter dicat datum diploma die Jovis ante festum Cathedralis S. Petri, mihi non est dubium, quin agatur de Cathedralis S. Petri mensis Februarii; cumque anno bissextili 1308 littera dominicalis pro hoc mense esset F, sequitur diem Jovis ante festum Cathedralis fuisse xv Februarii. Paulus papa IV per bullam datam viii idus Januarii anni 1558 restituit festum Cathedralis Romanæ xviii Januarii, quod in pluribus ecclesiis antiquatum erat. (e) Ut redeamus ad S. Ambrosium, sacellum ejus a Raimundo ædificatum exstat adhuc, quamvis posterioribus temporibus ex parte vel ex toto instauratum fuerit. Sub finem sæculi præcedentis, hoc sacellum et adjunctum territorium, fisco publico addictum venditumque, perstat tamen, licet profanatum, atque spes est aliqua, fore ut aliquando cultui S. Ambrosii restitatur, ut literis ad me datis scribit R. D. Layrac, secretarius illustrissimi Domini episcopi Cadurcensis.

D

## VITA S. AMBROSII EPISCOPI

AUCTORE ANONYMO

Ex Ms. Andreae du Chesne; collato obiter cum Ms. Nicolai Belfortii, accuratius cum Ms. reginæ Sueciæ in 4<sup>o</sup>, n<sup>o</sup> 1270.

Igitur a Sanctus Ambrosius cum esset pontifex in civitate, quæ vocatur Caturcis, omnibus diebus ac noctibus in vigiliis et orationibus erat semper intentus, non enim in divitiis mundi, nec in thesauro ecclesiæ confidebat, sed in misericordia Domini; quia plenus erat gratia Dei: non diligeat sæculum, nec ea quæ in sæculo sunt; facultates et res ecclesiæ et proprias opes\*, quas habebat, pauperibus erogabat, nudos cooperiebat, esurientes satiabat, sitientes potabat, captivos redimebat, thesaurum sibi in celo præparabat. Dicebant omnes senatores in civitate verba iniqua contra eum: Unde venit hic contrarius noster destruere thesauros ecclesiæ? Quid enim facimus contra eum b?

2 Cum autem vidisset Sanctus Dei Ambrosius omnes illos fremere contra se, conversus in orationem ad Dominum dixit: Domine, Deus meus, qui benedixisti Abraham, Isaac et Jacob, benedic animam meam, et omnia interiora mea in nomine sancto tuo, et educ me de civitate hac et de populo iniquo, qui mihi contrarius est, et blasphemat\* opera quæ facio in nomine tuo. Cum hæc dixisset gratia Dei plenus, reclusit se in cellula\*, quæ erat juxta ecclesiam c. Flectens autem genua\* in oratione dixit: Demine Jesu Christe, qui cognovisti Adam antequam esset et dedisti ei

S. Ambrosius Cadurcensis episcopus.

a  
omnibus abest in Reginæ Sueciæ codice

F  
opes abest R. S. C.

b  
cum videret inutilem esse suam operam,

\* contrarii sunt et blasphemant R. S. C.

\* cum autem R. S. C.  
\* cellulam R. S. C.

c  
Flexisque genibus in oratione ait R. S. C.

Bollandus dicit datam idibus Januarii cum Bullarium Romanum scribat viii idus Januarii, t. I, p. 833. (Edit. Luchemb. an. MDCXXXVII). Cfr Bianchini Anastasius, t. IV, p. 150 et seqq.

scientiam,

A scientiam, ut agnosceret viam veritatis, da et \* mihi servo tuo speranti in te, ut vincam inimicum diabolum, qui ingressus est in cor hominis, cui contraria sunt opera quæ facio in nomine tuo d.

d Post hæc autem stetit ibidem dies multos, et cepit ibi per eum virtutes Dominus facere e; et veniebant ad eum multi languidi et sanabat eos; cæci visum recipiebant, surdi auditum, muti loquebantur, et dæmoniosi curabantur\*, infirmis membra curabat,\* animum ad Dominum semper intentum habens\*.

e 3 Post hæc ibi Deus per eum multas virtutes demonstrabat, et inimicus cepit circa eum habitare ut eum subverteret ad peccatum, et non potuit\*; nisi ingressus esset in quamdam mulierem, quæ erat in civitate nobilissima, ut cum ipsa peccaret, et perderet thesaurum, quem in cælo paratum habebat. Illa autem\* egressa est nocte de domo sua, et venit ad cellulam ubi Sanctus Ambrosius erat reclusus, et dixit f: Domine, aperi mihi ostium, desiderat anima mea videre corpus tuum. Sanctus\* Ambrosius respondit: Væ tibi, diabole, seductor male, serpens antiquus!\* [ubi te parasti? Ille vero cognovit tentationem esse diaboli, et dixit:] Non destrues in Domino sperantes, quia plus est Dei potentia ad defensandum, quam tua, inimice, ad impugnandum. Erat autem hora circiter media\* nocte cum solita consuetudine profetica voce psallens dicebat\*: Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam; et iterum dicebat: Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia justitiæ suæ. Ille\* vero erigens se dixit: Flecte genua tua in orationem et ego pro te similiter faciam g.

4 Mulier vero flectens genua in orationem\*, dixit: Domine, Deus meus, da refrigerium in animam meam\*. Sanctus autem Ambrosius intus ecclesiam oravit dicens: Deus angelorum, Deus archangelorum, redemptor animarum, expelle inimicum diabolum de corde mulieris, et fac eam requiescere in pace in nomine tuo, non h permitas diabolum cordi ejus dominari, sed fac eam ut honorificet nomen tuum: qui vivis et regnas per omnia\* secula seculorum amen. Mulier autem erigens se, statim egressus est inimicus de corde ejus per orationes præfati pontificis et requievit ab ipsa hora, erat enim sicut coluber, et habebat mensuram quasi cubitum unum. Mulier vero, quæ antea a diabolo tentata fuerat, dixit ad Sanctum Ambrosium: Pater mi, nihil desidero, nisi orationem a Deo i, quia inimicus qui in me erat, egressus est de me per orationes tuas. Gratias ago Deo meo, qui effugavit diabolum de corde\* meo, indulge mihi, et ora pro anima mea.

5 Tunc Sanctus Ambrosius fleuit in oratione et dixit: Gratias ago tibi,\* Pater omnipotens æterne Deus, qui exuperasti diabolum, et non permisisti perdere hominem\* quem creasti, et salvos facis sperantes in te. Veniebant\* omnes senatores et populi multitudo\*, et admirabantur virtutem, quam fecerat Deus per eum, et dicebant ad invicem: Vere Deus est cum eo. Væ nobis peccatoribus [k qui contradiximus opera sua! Et non videmus virtutes multas quas fecit per eum Deus:] in iniquitatem, et in malitiam parati sumus. Alii gaudebant, alii blasphemabant. Ille vero repletus Spiritu Sancto iracundiam contra eos non habebat, sed in Deum\* plenius sperabat: et serpentem illum susponderunt in testimonium. Multi autem glorificaverunt Deum l.

6 Post multos vero dies egressus est Sanctus

Ambrosius m de cellula, ut erat reclusus, nocte, nullo sciente, nisi uno ex discipulis suis, quem habebat fidelem, qui erat archidiaconus sub thesaurum ecclesiæ, qui vocatur Agrippinus; dixit ad eum: Noli hoc patefacere, fili mi, ubi vado. Dixit discipulus ille: Quid vis, domine? Sanctus Ambrosius ait: Fili, scio quoniam peccata mea multiplicata sunt super me, ideo vado et ingredior in cavernam castri in proximum pontem, qui est super flumen Olte n, et præcingo me de ferro, quod paratum habeo, et hoc signum tibi dico: clavem unde catenam illam sero, jacto in pelago, et quando quidem Deus voluerit, et inventa fuerit, dic in populo ubi sum: si autem non videris eam, noli declarare. Et abiens dixit: Deus, in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua iudica me.

7 Et iterum cum venisset ad locum prædestinatum fleuit in orationem expansis manibus, et ait: Domine sancte pater omnipotens, æterne Deus, rex cœli cœlorum, qui fecisti omnia, qui terram fundasti, et cœlum palmo mensurasti, qui mare signasti, ut non transgrederetur fines suos, jube nomen meum scribi\* in libro tuo, ubi scripsisti Sanctos et fideles tuos, qui dilexerunt nomen tuum. Et ego peccator confido in tuam misericordiam, ideo regredior in locum\* præparatum propter nomen tuum; et si vis, Domine, egrediar\* hinc; sin autem, hinc\* reddam spiritum, quia desiderat anima mea videre gloriam regni tui.

8 Et cum hæc dixisset apprehendit catenam et præcinxit se o adstrictum de renibus usque ad verticem capillis capitis sui, et abstraxit clavem unde catena conseraverat, et jactavit eam in pelagus, et dixit: In nomine Domini nostri Jesu Christi: introivitque in cavernam castri lapidei p, quæ erat desuper plantatum\*, et elevans oculos suos ad cœlum, simulque manus et supplex oravit ad Dominum et dixit: Fiat pax, Domine, in virtute tua, et abundantia in turribus tuis. Et ait ad fidelem\* suum: Fili, observa mandata mea, si vis videre gloriam Dei. Discipulus autem q vehementer composuit plantatum supra eum, et nihil parebat, et dixit ad Sanctum Ambrosium: Pater de lumine, quid eris facturus in nocte? Et dixit Sanctus Ambrosius: Fili, in nocte et in die Deus est lux. Iterum interrogavit eum: Domine, de cibo quod tibi erit ministrandum? Ille autem dixit ei: Fili, usque modo post solis occasum cibum sumebam, postmodum vero tertio die exhibe mihi oblatam r, et aquam sicut Deus præcipit. Et stetit ibi annos tres, diu noctuque vigilans et orans: et omnes noctes in caverna illa luxerunt veluti cerei, ut lampades ardentes; in die autem circumfulgebat lux mundi. Discipulus ille fidelis ministrabat ei, sicut præceperat illi. Sic senatores et omnis plebs civitatis clamabant et dicebant: Ubi est pontifex, et pastor noster Ambrosius? Væ nobis peccatoribus, quia propter iniquitatem egressus est de hac civitate, et nescimus ubi ambulavit! Ideo propter nostram malitiam dereliquit omnia. Sic enim miserunt alium episcopum in loco suo, quia non cogitabant ultra videre eum.

9 Anno autem tertio clavem, quam vir Dei Sanctus Ambrosius in aquam jactaverat, piscis glutivit eam\* s: pisces autem\* apprehenderunt piscem illum\* et portaverunt eum in coquinam t, et invenerunt clavem in ore ejus, et monstrabant eam in omni\* populo, Videntes autem omnes dicebant ad invicem: Quidnam est\* tale signum in hoc pisce. Venit autem discipulus Sancti Ambrosii, cui hoc crederat, et cogno-

AUCTORE ANONYMO. Hinc in caverna

m

n

juxta Cadurcum se abscondit,

\* cœli deest R. S. C.

\* jube nomen meum scribere R. S. C.

E

\* in locum ingredior R. S. C.

\* regrediar R. S. C. hinc deest R. S. C.

soli Agrippino cognitus.

o

p

\* plantatum B. C. ubique

\* addit diaconum R. S. C.

q

F

r

donec, celesti indicio eam deest R. S. C.

s

\* de civitate illa R. S. C. magnum valde R. S. C.

t

\* omnem R. S. C. esset R. S. C. hunc R. S. C.

vit

AUCTORE  
ANONYMO.  
autem  
desert R. S.

vit eam. Tunc quidem gaudio plenus nuntiavit ei dicens: Domine, clavis, quam in pelago jactaveras, jam inventa est in pisce. Sanctus autem Ambrosius repletus Spiritu Sancto præ gaudio, flevit in oratione, et dixit: Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! Sic enim, Domine, exaudis omnes sperantes in te, et non derelinquis diligentes nomen tuum, Domine, libera animam meam, et eripe me de loco isto, et educ me ubi vis. Et ait ad discipulum suum: Fili, Deus non est oblitus servum suum,\* memoratus est humilitatem meam: ideo vade in civitatem ad episcopum, et dic ei: Clavis illa, quæ inventa est in pisce, unde est? Et dic coram omnibus ubi sum, et deferant secum tres cereos non ardentem, et veniant ad me; sin autem illuminati u fuerint ex virtute Dei mei, egrediar hinc.

Jam R. S.  
C.

u  
detectus, re-  
ducitur in  
civitatem;  
z

B

y

z

atque Roma  
rediens, obiit  
in pago Bituricensi.

C

aa

10 Tunc perrexit discipulus x ad episcopum, et dixit ei omnia quæ præceperat illi Sanctus Ambrosius. Illi vero gaudentes exierunt de civitate cum crucibus, psalmis, hymnis, canticis canentes, et psallentes venerunt ad locum, ubi erat Sanctus Ambrosius et attulerunt tres cereos in manibus suis, secundum quod illis mandaverat, et prostrati in oratione, cerei, quos in manibus tenebant, statim ab ipsa hora illuminati sunt. Tunc omnes illi glorificaverunt Deum. Sic enim caverna illa, ubi erat Sanctus Ambrosius, comminuta erat, sicut vitrum y, et acceperunt illum in complexum gaudio pleni, extraxeruntque eum de vinculis ferreis, ubi erat reclusus; facies autem ejus erat pallida, et caro ejus dereliquerat membra sua: et nihil aliud in se habebat nisi animam et spiritum sanctificatum, et capilli ejus erant crescentes usque ad renes suos, et barba ejus ad pectus suum; et erat quasi laicus z, quia novacula in ipso triennio non ascenderat in caput ejus; et catena illa unde erat præcinctus confregit se et disjuncta est. Et omnes illi propter tanta mirabilia glorificaverunt Deum.

11 Tunc Sanctus Ambrosius respexit ad cælum et oravit dicens: Domine Jesu Christe, rex virtutum, qui fecisti omnia, et sine te factum est nihil, gratias ago tibi, quoniam exaudisti me, et dignatus es liberare servum tuum: Domine, deduc me ubi tu vis. Et omnes illi dicebant: Indulgeat nobis, qui nesciebamus ubi eras. Respondit eis: Indulgeat vobis Dominus. Episcopus vero ille, qui post ipsum in locum sanctum episcopus erat, prosternit se ad pedes ejus, et dicebat ei: Vade in pace ubi volueris. Episcopus vero et reliqui senatores, vel omnis plebs civitatis, postquam deduxerunt eum, reversi sunt in civitatem. Sanctus Ambrosius, plenus desiderio Christi, abiit Romam, reversusque est ad urbem Bituricam; cumque Ernotro vico advenisset aa, contigit eum dormire in Domino. Ubi corpus ejus requiescit in pace, ubi per eum Dominus virtutes multas ostendere dignatus est. Discipulus vero Agripinus nomine secutus est eum ubicumque ambulavit, et docuit omnia quæ scripta sunt, adjuvante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

#### ANNOTATA.

a Ex vocula igitur suspicor aut biographiæ S. Ambrosii prologum aliquem præfixum fuisse aut eandem ex serie aliqua fuisse extractam.

b Loco hujus phrasid habet Ms. Reginz Sueciæ:

Igitur invidia diaboli post aliquod tempus excitati sunt omnes senatores ipsius civitatis in odio contra eum, dicentes: Postquam venit contrarius nostræ civitatis construere cessaverunt Ecclesiæ? Quid enim facit contra eum?

c Propterea tamen Sanctum non reliquisse regimen Ecclesiæ suæ Cadurcensis, insinuavimus in Commentario prævio num. 8.

d In Ms. Reginz Sueciæ alia huic substituitur propositioni: Sicut leo rugiens circuit, quærens quem devoret.

e Nec intacta est hæc phrasid in Ms. Reginz Sueciæ, ubi hæc reperies: Moratusque ibidem diebus multis, cœpit per eum Dominus virtutes multas facere.

f Iterum nonnulla immutata habet hoc loco Ms. Reginz Sueciæ: Postea autem quam ibi Deus per eum multas virtutes demonstravit, cœpit inimicus humani generis circa eum amplius insidiari, ut eum subverteret per peccatum; sed tamen non potuit. Insidiando ergo eum, diabolus ingressus est in quamdam nobilissimam foeminam, quæ erat de ipsa civitate, et cœpit vexari eam. Accidit autem, ut ipse diabolus perduceret eam ad collem, ubi vir Dei erat per noctem, ut cum ipso peccaret, et perderet thesaurum, quem in cœlo habebat. Igitur veniens illa usque ad eum, dixit, etc.

g Inserta habet hoc loco Ms. Reginz Sueciæ sequentia: Oremus ambo ad Dominum æternum, et postea aperio tibi ostium domus Dei. Ms. autem Belfortii addit tantum, omissa priori sententia: Ac postea aperiam tibi ostium domus Dei.

h Ms. Reginz Sueciæ habet: Non enim permittas diabolo cor ejus dominari, sed fac eam dignam, ut, etc.

i Hic locus rursus per omnia non consonat cum Ms. Reginz Sueciæ, quod habet: Statim autem egressus est inimicus de corde mulieris per orationes præfati Ambrosii pontificis, et evomuit eum in ipsam horam. Erat enim... Mulier vero, quando refrigeratum est corpus, quæ antea... Pater meus, nihil desidero nisi orationem a Domino.

k Uncis inclusa absunt a Ms. Reginz Sueciæ; quæ autem sequuntur, sic ibi sonant: Quia non nisi in iniquitatibus, et in malitiis parati sumus, et non intelligimus quæ facit per eum Deus.

l Alia est lectio in Ms. Reginz Sueciæ: Illum autem serpentem suspenderunt in testimonium. Ob quam causam multi glorificaverunt Deum. Historiam mulieris S. Ambrosii tentantis peperam narrant auctores Historiæ Ecclesiæ Gallicanæ (a), quasi accidisset ea tentatio postquam Sanctus jam abscondisset se in caverna prope Cadurcos. Verum hæc non quadrat cum narratione ejus biographi, referentis Sanctum post tentationem secessisse in speluncam, in qua soli Agrippino cognitus fuit, ut reliqua historia abunde demonstrat.

m Continuo hic aberrat Ms. Reginz Sueciæ: De cellula nocte nullo, sciente; uni autem ex... fidelem in omnibus, qui... sub thesauro... ita confessus est: Fili charissime, vide ac præcave ut hoc nemini dixeris, quod ego facere cupio, vel ubi vadam. Qui dixit: Quid vis... sero, fili, quia peccata... vadam et ingrediar... proximo ponte, qui est desuper flumine... quem præparatum habeo... conserabo, jactabo eam in pelago, et si... dicas populo... si autem amplius... et hæc dicens cœpit ire et dicere: Deus...

n Oltus sive Oldus fluvius est, qui per tractus Gabalitanum, Cadurcensem et Agennensem ad oppidum Aculeionum (Aiguillon) Garunnam influit.

(a) Lib. xii, t. vi, p. 104.

A *Antiqui Franci dixere l'olt, sed articulus ipsi vocabulo increvit, unde hodie hic fluvius Gallis le Lot dicitur, nomenque suum dat præfecturæ, cujus caput est Cadurcum.*

o *Lectio Ms. Reginæ Sueciæ hæc est: Cilicium habens vestimentum inter catenam et carnem suam, a collo capitis descendens usque ad renes, et abstraxit.... jactavitque in pelago..... introivitque in cavernam castræ lapideæ.... constructa; elevans autem... simul et manus, supplex... Fiat pax in...*

p *Hanc cavernam sub invocatione S. Ambrosii consecratam fuisse a Raymundo III anno 1307 diximus in Commentario prævio num. 39. Castellanus in notis Mss. ad Vitam S. Ambrosii, sub num. 8912 bibliothecæ regis Burgundicæ asservatis, dicit sacellum ædificatum fuisse supra cavernam, unius tantum hominis capacem, picturisque et auratis ornamentis decoratum esse: distat vero ab Otto flumine sexaginta circiter passibus.*

q *Alia est lectio Ms. Reginæ Sueciæ: Magnum ædificium construxit super eum ad occultandum eum et non comparebat.... In die et in nocte Deus est lux. Et iterum eum interrogavit: Domine, quod tibi erit ministrandum de cibo.... Usque modo diurnum.... sumam, ad tertium vero diem.... ibi sacerdos magnus Ambrosius in caverna illa annos tres, et per omnes noctes in caverna illa lux erat cerei aut lampadis; in die autem circumfulgebat eum lux mundi. Discipulus vero ille fidelis non desistebat ministrare.... ipsi. Factum est autem post aliquod tempus, cœperunt senatores civitatis et omnis populus vehementer lamentare et reos se clamare dicentes: Ubi.... nostram nequitiam... ambulavit bonus pastor. Ergo propter nostram malitiam, quam fecimus contra illum dereliquit omnia; sicque miserunt... in locum suum, quia non sperabant eum amplius videre.*

r *Oblata hodierno usu sumitur pro pane ad SS. Missæ sacrificium oblato seu pro hostia non consecrata, quamvis ad significandum etiã SS. Eucharistiæ sacramentum quandoque usurpari demonstrat du Cange in Glossario ad verbum Oblata. Hic tamen sumitur pro pane tenuissimo ex farina et aqua confecto, ad ignem prælis ferreis tosto, qui præbatur monachis, ut constat ex consuetudinibus Eveshamensibus in Anglia: Item, ut ibi dicitur (a), singulis diebus Dominicis in Quadragesima dimidium præbendarium (mensura quædam) frumenti de granario ad oblatas ad cœnam et dimidium similiter in Cœna Domini ad idem.*

s *Acta antiquiora non nominant piscem, qui clavim deglutivit; traditio tamen vulgaris habet fuisse lucium (un brochet), eamque stabiliunt tribus rationibus: quarum prima est, quod lucius sit gulosus; secunda, quod volunt in Otto nunc non amplius id genus piscium esse propter maledictionem S. Ambrosii, licet in genere fluvius ille piscibus non abundet; tertia demum testimonium est cujusdam Proprii Ecclesiæ Cadurcensis, in quo legitur: Alium episcopum subrogarunt; cujus coquus cum lucium piscem exenteraret, dominicæ mensæ apponendum, reperit in intestino, etc. Hæc Claudius Chastelain in notis Mss. supra laudatis.*

t *Scilicet episcopi, ut expresse habet Sanctorale Cadurcense: Evenit interea, quod piscis quispiam, qui clavim in flumen projectam deglutiverat, a piscatoribus caperetur, atque in coquinam electi episcopi deferretur.*

(a) Monast. Anglic., t. I, p. 149. Edit. 1759; et t. II, p. 25, Edit. 1829.

u *Ms. Belfortii ita sonat: Sin minus autem illuminati fuerint, hic permaneant usque in diem migrationis meæ. Prope accedit Ms. Reginæ Sueciæ: Si vero inluminati non fuerint; hic permaneant usque in diem commigrationis meæ.*

x *Mulum aberrat hic ubique Ms. Reginæ Sueciæ: Discipulus vero gaudio plenus perrexit ad... quæ mandaverat.... Episcopus autem ut audivit præ gaudio flevit, et exiens ipse et omnis plebs cantans gaudentes, et psalmis, et hymnis, et canticis.... venerunt usque ad locum ubi erat magnus egregius pastor Sanctus.... quod ille mandaverat. Beatus vero Ambrosius et omnes prostrati in oratione et statim in ipsa hora cerei, quos tenebant, inluminati sunt. Tunc omnes præ gaudio fleverunt et laudaverunt et benedixerunt Deum, qui talia facit per Sanctum suum Ambrosium. Ille vero episcopus et omnis plebs civitatis prostraverunt se ante eum, poscentes se benedici ab eo. Factum est autem postquam benedixit et elevati sunt, caverna illa, ubi erat Sanctus Ambrosius, statim in ipsa hora comminuta est sicut vitra et extraxerunt eum foras de vinculis, ubi erat reclusus. Erat autem facies ejus pallida... et totum corpus extennatum erat nimis, et capilli ejus pertingebant usque ad renes.... præcinctus, dijuncta est circa eum et contracta est: et omnes qui aderant præ gaudio tanta.... Deduce me ubicumque tibi placet. Omnis autem populus veniens poscebat dicens: Indulge nobis, pastor bone, quia nesciebamus ubi eras. Et ille, qui post ipsum in locum suum episcopus erat, prosternens se ad pedes Sancti Ambrosii dicens: Quamvis enim indignus et peccator sim, Domine, positus sum in locum tuum; sed quia tu es famulus Dei et particeps Sanctorum, indulge, quæso, mihi et miserere mei, et resede in locum tuum, et ego sub tua jussione militabo. Dixit autem ei S. Ambrosius: Tu enim, frater karissime, sedebis in locum tuum; ego autem vadam Romæ in nomine Domini mei Jesu Christi: si vero placuerit Domino meo, regrediar huc; sin autem, tu posside omnia: opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. His ita gestis, cœpit ita psallere dicens: Vias tuas, Domine, demonstra mihi et semitas tuas doce me. Deduce me, in via tua, lætetur cor tuum et timeat nomen tuum. Populus enim, qui sequebatur eum, lacrymatus est vehementer, et deduxerunt eum cum lacrymis dicentes: Cognovimus enim, Domine, quia Sanctus et potens es; ubicumque tibi placuerit dirigat Dominus Deus noster vias tuas in pace. Episcopus vero et omnis plebs, etc. Videntur autem hi sermones interpolati, cum in antiquiori Vita non reperiantur.*

y *Sanctorale Cadurcense habet, accensis candelis, locum, ubi Ambrosius erat nonnullos ingressos fuisse; quod quidem verisimilius est, quam comminutam fuisse cavernam sicut vitrum, utpote quæ hodie adhuc existit, ut jam indicavimus. Videtur igitur intelligendus textus de confectione ostii cavernæ.*

z *Jam animadvertimus in Commentario prævio num. 5, propterea S. Ambrosium habitum fuisse tamquam laicum, quia erat barbatus: unde etiam conjecimus antiquam esse biographiam, quam hic damus.*

aa *Nec ad finem magis concordat Ms. Reginæ Sueciæ, quod habet: Episcopus vero et omnis plebs.... civitatem suam, Sanctus autem Ambrosius.... Romam, et reversus est sub urbe Turonica. Cumque Ernotro vico advenisset, contigit*

eum

A eum dormire in Domino medio mense Octobree; ubi... requievit in pace,.... Discipulus vero ejus,.... qui secutus est eum, ubicumque ambulavit, docuit nobis omnia quæ scripta sunt de eo. Postea jubente Domino translatus est corpus ejus prope Biturica civitate, et positus est in loco, qui vocatur Bissiacus, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria, laus et imperium, in sæcula sæculorum. Amen. Quod pertinet ad hanc lectionis partem : et reversus est sub urbe Turonica. Cumque Ernotro vico advenisset, contigit eum dormire in Domino, certum est eam meliorem esse quam noster textus, qui habet : Re-

versusque est ad urbem Bituricam. Etenim non legimus S. Ambrosium antea Bituricis commoratum fuisse, ita ut dici possit illuc reversus. Quod objici non potest de urbe Turonica, cum dicatur reversus sub urbe Turonica, quasi reversus Cadurcum per urbem Turonicam; atque his quoque consonat Sanctorale Cadurcense, quod habet : Qui inde (Roma) rediens S. Martini, Turonensis episcopi, templum adivit, demumque ad Arnotium vicum sub urbem Bituricam pervenit, atque ibi... diem vitæ suæ extremum clausit. Sanctum vero nostrum in agro Bituricensi non voluisse domicilium suum figere, monstravimus in Commentario prævio num. 33.

## DE S. LULLO ARCHIEP. CONFESSORE

MOGUNTIAE IN GERMANIA.

J. V. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

### § I. Cultus S. Lulli vindicatus; ejus Acta discussa.

ANNO  
DCCLXXXVI.

Lulli sanctitas, in dubium vocata

C **M**artyrologium Romanum, cui præverant varia Auctaria tum Usuardi tum Adonis, et maxime Kalendaria liturgica Ecclesie Moguntinæ, annuntiat hodierna die festum S. Lulli, archiepiscopi Moguntini, his verbis : Moguntia Sancti Lulli episcopi et Confessoris. Non esset proinde cur de ejus sanctitate cultuque ambigeremus, nisi aliqui, inter quos etiam Claudius Chastelain, de re hagiographica optime meritis, Lulli sanctitatem in dubium revocassent : tum propter antiquiorum Martyrologiorum silentium ; tum maxime ob controversiam, quam cum S. Sturmio abbate Fuldensi, habuit. Hæc enim scribit laudatus Chastelain, in suo Martyrologio Romano vernaculo (a) : Son nom ne se voit dans aucun des anciens martyrologes ; et avec assez de fondement, vu la manière peu chrétienne dont S. Ludger l'accuse d'en avoir usé avec S. Sturme. Verum si antiquiorum Martyrologiorum silentium crearet aliquod præjudicium adversus Lulli sanctitatem, idem sentiendum esset de Sturmio, utpote quem neque Rabanus, neque Ado aut Usuardus in album Sanctorum retulerint. Unum de utroque dici potest, horum Martyrologorum silentium aliud nobis non demonstrare, quam cum scriberent, neutrius sanctitatem probatam fuisse ; quod de Rabano maxime dicendum est, qui, ut ipse scribit (b). Sanctorum festa quæcumque potuit invenire, ibidem inseruit ; ita tamen, ut dicat nihil se scripsisse nisi quæ notata ab antecessoribus in libellis reperit : quibus sane verbis sufficientem rationem reddit, cur S. Lulli non meminerit, qui vix 1. annos, cum Rabanus suum ederet Martyrologium, obierat. (Confer Sollerii nostri præfationem ad Usuardum num. 64). Idem responderi potest circa Adonem et Usuardum, nisi quis malit dicere illos ignorasse sanctitatis famam cultumque Lulli, quatenus saltem initio intra angustissimos limites fuerint circumscripita. Cæte-

rum ad S. Lulli cultum comprobandum nobis sufficeret constans ab antiquissimis temporibus Moguntia Ecclesie consuetudo, etiamsi nulla alia sanctitatis argumenta suppeterent.

2 Ast, iniqui adversarii, S. Liudgerus, episcopus Monasteriensis, accusat Lullum, quod acerbis in S. Sturmium invecus fuerit : quin hanc culpam retorqueamus, illa tanta non est, ut emendata excludere eum debeat ex Albo Sanctorum : alioquin quotiescumque Sanctum aliquem peccantem reperimus, toties ejus nomen e Martyrologio expungendum erit confer Prosperum Lambertini de Serorum Dei Beatificatione lib. III, cap. xxxix, num. 7). Apposite S. Ambrosius ad rem nostram scribit (c) : Sancti autem Domini, qui consummare pium certamen gestiunt, et currere cursum salutis, sicubi forte ut homines corruerint natura magis fragilitate, quam peccandi libidine, aciores ad currendum resurgunt, pudoris stimulo majora reparantes certamina, ut non solum nullum attulisse æstimetur lapsus impedimentum, sed etiam velocitatis incentiva cumulasse. Cæterum quid controversie inter Lullum atque Sturmium, utrumque Sanctum, exstiterit, infra latius examinabitur : unum hic sufficit demonstrasse, qualemcumque culpam S. Lullo tributam legitimo ejus cultui obesse non posse, utpote quam gloriose reparaverit, ut postea fusius exponemus. Mabillonius, tum in Annalibus ordinis S. Benedictini lib. xxiii, § xi (d) tum in Actis Sanctorum (e), quem dein secuti sunt alii, inter quos Adrianus Baillet ad xvi Octobris, dicit, S. Liudgerum culpam omnem refundere in Lullum atque in testimonium asserti affert, ut ipse ait ejus verba, quæ nos quoque e Mabillonio damus : Sturmi amabilis omnibus... Lullo tantum fama ejus bona displicuit et semper propter invidiam adversus eum faciebat. Exorta inter sese discordia, fratres in Lulli episcopi suffra-

propter lectum S. Liudgero falso tributum,

(a) Martyrologe univers., p. 716. — (b) Canis. Thes. Monum., t. II, p. 290. — (c) Apol. Proph. David ad Theodos.

Aug., cap. II, t. II: Opp., p. 145. Edit. Venet. 1781. — (d) T. II. Ann., p. 160. — (e) Sæc. III, part. II, p. 399.

gium